TABULARIUM

REGIÆ AC IMPERIALIS CAPELLÆ COLLEGIATÆ

IN

REGIO PALATIO PANORMITANO

TABULARIUM

REGIÆ AC IMPERIALIS CAPELLÆ COLLEGIATÆ

DIVI PETRI

IN REGIO PANORMITANO PALATIO

FERDINANDI II.

REGNI UTRIUSQUE SICILIÆ REGIS

JUSSU EDITUM AC NOTIS ILLUSTRATUM

PANORMI
EX REGIA TYPOGRAPHIA
M,DCCC,XXXV.

DE

PALATINI SACELLI TABULARIO.

Cum multa Regiae Palatinae Capellae Clericis eaque praeclara officia Northmanni Principes contulissent, tum illud in primis conspicuum fuit, magnique momenti, quod uni ex primoribus Capituli Canonicis assignarunt, ut esset idem et Thesaurarius; quem honoris caussa Magistrum dici, et doctorali annulo insigniri voluerunt. Huic autem sicut est in Cathedralibus Ecclesiis onus incumbebat non modo sacram suppellectilem et codices Liturgiam spectantes verum etiam privilegia omnia, quae publicis tabulis consignarentur, quaeque ad Capellae incolumitatem, ac decus pertinerent, tuendi. Qua de causa prisca illa sub Andegavensibus et Aragonensibus dynastis confecta repertoria, eodem in catalogo sacras vestes, et diplomaticas scripturas a Thesauri Magistro asservatas recensent; regiique Visitatores Sacellum Regia cum potestate perlustrantes id summopere curarunt, ut a praecipuo aliquo Canonico, simulque a Cantore Tabularium peculiari diligentia custodiretur.

Atque haec quidem ad jurium titulos, quos Reges Capellae tribuerant, ab omni temporum injuria vindicandos spectare nemo non videt. Enimvero nulla alia ratione adducti Enricus ac Fridericus, e domo Svevia, itemque Fridericus et Martinus ab Aragonia Siciliae principes eorum executionem publicae rei ministris mandarunt, nisi quod oblatae sibi fuerunt a Canonicis authographae ipsae litterae in quibus majorum suorum privilegia continebantur, quae ipsi rursus rata, ac firma esse voluerunt; idque etiam causae fuit post turpem illam abjectionem, qua venerandum Sacrarium tamdiu jacuit, ut a Philippo Austriaco hujus nominis secundo in pristinam dignitatem revocaretur; Carolusque Borbonius, cognitis a Regio Visitatore authenticis titulis quae in Tabulario extabant, jus beneficia omnia Palatinae Capellae libere conferendi postliminio restituit.

Sed hac nostra aetate praeter illud de quo hactenus dictum est emolumentum, aliud etiam eruditi homines ab ejusmodi scripturis eruendum censuerunt. Visum est enim eis historiae veritatem et archeologicam scientiam non modo ex his quae auctores coevi scripta reliquerunt, verum etiam iisdem quasi firmissimis fundamentis inniti posse. Quapropter Antoninus Amico Messanensis primus omnium qui uspiam tota Europa tale opus suscipere cogitaverit, monumenta ex Tabulariis ad Templarios, Ospitalarios, aliosque militares ordines pertinentibus ipse colligere et magno labore transcribere aggressus est, itemque ea quae ad Messanense, et ad Panormitanum Capitulum spectabant, quodque nostra magis interest, hujus Regiae Capellae Tabularium cujus manuscripti codices in publica Civitatis Bibliotheca etiamnum invisuntur. Haec sane fuit nostrorum diplomatum prima collectio, unaque omnino, quae ad nos usque pervenerit, siquidem Rochi Pirri, atque Antonini Mongitorii commentaria nihil aliud exhibent, quam historicam Sacelli notitiam exploratam quidem, et authenticis suffultam litteris, quas ipsi allegant sed eas nullo modo reddunt, aut describunt.

Interea si debita laus Amico tribuenda est ex eo quod gessit, non est tamen probandum, quod omisit, cum enim multa in ejus opere desiderentur, tum vero ea potissimum diligentia, quae in hisce collectionibus maxime necessaria est. Cui malo occurrere volens Dominicus Scavus saeculo proxime elapso, aliqua ab illo neglecta diplomata e Tabulario desumpsit, et manuscriptis adjecit, sed nec ipse opus absolvit, non pauca enim praetermisit latino sermone exarata et quod gravius est Arabo, et Graeco. Ita porro se res habebant ad annum 1785 cum Marchionis Caraccioli mandato injunctum fuit Francisco Calcagnio Palatinae Capellae Beneficiario, ut diplomata omnia in appositum pluteum translata in ordinem redigeret: annoque elapso, Caramanicus Prorex facultatem Rosario Gregorio metropolitano canonico fecit arabicas scripturas attente perlegendi et fideliter interpretandi; verum fato nescio quo nemo istorum commissum sibi munus executus est, resque eaedem quae antea imperfectae remanserunt: illud sane feliciter cessit, ut sub hujus saeculi initium insignis arabicae linguae in Regia Studiorum Universitate professor Salvator Morsus non modo istius idiomatis diplomata quotquot erant, sed Graeca etiam incredibili diligentia praestantique doctrina in latinum verterit.

Atque istae quidem nostro Tabulario vicissitudines contigere

donec anno 1831 Augustissimi Regis Ferdinandi eo nomine secundi (qui utinam populos per longa tempora solita felicitate regat) providentia cum multa commoda Palatinae Capellae accederent, inter caetera quae auspicato evenere, Tabularii nostri haud parvi est habenda conditio. Nobiliori enim in loco translato, illius concinnandi cura, et ad rei Diplomaticae leges componendi demandavit Aloysio Garofalo ejusdem Sacelli beneficiario cui muneri qua ratione vir antiquae eruditionis non expers pro viribus satisfecerit, libet hic paucis expedire. Elaborato praegrandi Pluteo in plures ductiles mensulas distincto, pergamenas chartas qua late patebant, supra earum singulas insternendas duxit, servata ad perspicuitatem temporum serie; et quo facilius locum unicuique assignatum quivis dignoscere posset, accuratum elenchum, et ea indicia, quae ad Plutei partes respondent, adjicere studuit, quam rei ordinationem ideo caeteris antepositam ab eo putamus, quod membranarum incolumitati aptior, et in usum pronior aeque ac expeditior antiquariis visa fuerit, eademque prorsus in praecipuis Tabulariis, Mediolani potissimum in Ambrosiano monasterio, adhibita sit. Quod ubi numeris omnibus absolutum fuit, cunctisque non solum nostratibus, sed exterarum quoque gentium eruditis Tabularium invisentibus probaretur, anno 1833 jussit Rex tanti momenti collectionem typis evulgari, commissa Vicario Generali Capellaniae Majoris Regni Siciliae editionis cura, qui ad Regis mandatum exequendum eidem Aloysio Garofalo totum opus commendavit. Tum ille ad editionem quoad fieri posset perfectiorem reddendam ea diplomata, quae in vetustis repertoriis indicabantur, quaeque temporum injuria deperierant, undique conquirenda existimavit, cumque in Amici manuscriptis aliqua reperisset, inde decerpta collectioni accurate inseruit, nihil dubitans, quin a Regio illo Historiographo transcripta adamussim fuerint ex autographis litteris quae tunc temporis in nostro Tabulario extabant. Neque vero inibi constitit; sed diplomatibus in pergamena exaratis, ut Capellae conditio cumulatius perspiceretur, alia etiam recentiorum temporum et communi charta consignata addidit, ea tantummodo seligens quae ad Palatini Cleri constitutionem pertinent, ne plus justo opus excresceret. Postremo ad pleniorem facilioremque litterarum intelligentiam, unicuique diplomati, rei de qua pertractat, argumentum praefixit, et quasdam subtexuit adnotationes iis praesertim in locis ubi diplomaticus sermo, aut medii aevi verba, aut ad histo-

ricam aliquam cognitionem allusio obscuriorem reddebant sensum. Quam ab eo sedulitatem, et suprema amplissimi regis auctoritas et ipsius nostri Tabularii dignitas postulabat. Re enim vera magni semper ab Archeologis illud est existimatum ob ea potissimum diplomata a Northmannis et Svevis principibus edita quae arabo simul et graeco sermone descripta sunt, quod non facile reperire est in aliis pervetustis Tabulariis. Neque praetereunda est peculiaris scribendi ratio diplomatis, quod de Protonobilissimato inscribitur, a clarissimo Montfauconio in egregia sua Palaeographia relati, doctisque commentariis illustrati, propter peregrinam graeci characteris speciem tribus ab eo expressi tabulis. Denique non solum in membranis verum etiam in charta bombycina exarata diplomata continentur in Tabulario, quae propter excellentiam bombycis aut operis adhuc incorrupta servantur.

Optamus autem ut hic labor Patriae eruditionis cultoribus prodesse utcumque possit, eorumque studiis ad historiam aut archeologiam, aut etiam diplomaticam pertinentibus deservire. Iis saltem incitamento sit, qui Siciliae Ecclesiis praesunt, ut suum unusquisque Tabularium ad normam disponere satagat; quo si poscat occasio, facile ab iniquirentibus adire possit; quod non sine magna animi jucunditate ab Ornatissimis Panormitano et Monregalensi Archiepiscopis fieri jam audivimus. Illud tantum admonemus, ut in instruendis aut vulgandis diplomatibus omnes omnino hujusmodi scripturas pensi faciant, nullo habito delectu, aut rerum existimatione, ne in vitium incidant cujus merito de Judice et Mongitorius arguuntur, quorum alter literas tantum edidit ad praedia spectantes, alter quas utiliores ipse reputavit; non animadvertentes recte a doctis et expertis viris sancitum esse, nullam priscorum temporum schedulam ita exiguam fore, ut aliquid eruditioni conferre non possit.

TABULARIUM

REGIAE AC IMPERIALIS CAPELLAE COLLEGIATAE

DIVI PETRI

SACRI ET REGII PALATII PANORMITANI.

I.

Capitula Sodalitatis Venerabilis Imaginis S. Mariae collocatae in templo S. Michaelis Naupactitessae (1).

A. 1048.

Τοῦ δεσπότου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Κριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰπόντος, ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσὶ συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν, οὐ μικρά τις ἔφεσις ἐπῆλθε τοῖς πρὸ ἡμῶν εἰς τὸ συνελθεῖν, καὶ χορὸν ἕνα συστήσασθαι ἱερὸν ἵν᾽ ἐκεῖνον κτίσαντα φύλακα, καὶ συνοχέα τῆς ἱερᾶς ὁμηγύρεος. Καὶ ἐπὶ τοῦτο παρ᾽ ἐκείνων τετύπωται καὶ ἐσπούδασται λίαν συντετηρημένως, καὶ ἀσφαλῶς καὶ δι᾽ ἔργου ἀπερτάθη κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν πεντακοσιοστὸν πεντηκοστὸν ἕκτον ἔτος τῆς τηνικαῦτα ἀνυσθείσης πρώτης ἰνδικτιῶνος καὶ τόμος συνετέθη τὰ τότε δόξαντα ἔχον ἐν ἑαυτῷ. ἔφθη δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου διαφθαρῆναι, καὶ πρὸς ἀφάντωσιν τελείαν παρ᾽ οὐδὲν καταντῆσαι, ἵνα μὴ ἀμνημόνευτα τὰ τυπωθέντα τέ καὶ γραφέντα ἡμῖν τέ, καὶ τοῖς μεθ᾽ ἡμᾶς ἔσονται, καινίσασθαι τοῦτον ἡμεῖς δεῖν ᾠήθημεν καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα παραδοῦναι εἰς μνήμην, καὶ φυλακήν, καὶ συντήρησιν ὡς οἷον

Quum Dominus, et Salvator noster Jesus Christus Deus et hoc inter caetera dixisset: ubi duo, vel tres sunt congregati in oomioe meo, ibi sum in medio eorum; non parum institerunt antecessores nostri ut simul convenirent, et locum constituerent sacrum ad efficiendum illum custodem perpetuum sacri coetus. Quapropter ab illis constructus fuit, et magno studio firmiter conservatus. Atque opus quidem ad finem perductum fuit juxta sexmillesimum (2) quingentesimum quinquagesimum sextum annum, prima indictione tunc peracta. Sed et codex conscriptus fuit ea, quae tunc decreta fuerunt, continens in se ipso. Accidit autem, ut prae tempore videretur corrumpi, et quasi omnimode imposterum legi non posse: ne itaque in oblivionem oobis, et posteris nostris abeant statuta, et conscripta, nos hunc renovari debere cen-

(1) In Autographo membranaceo spectatur imago B. M. Virginis pulcherrime depicta, quod argumentum praebet aliquo modo picturae status temporibus Nortmannorum. Hoc diploma in lucem edidit Joan. de Joanne *Cod. Diplom.* pag. 347 cum latina interpetratione Francisci Pasqualino dein Morsus *Palermo antico* pag. 321.

(2) *Juxta sex millesimum)* Hujusmodi capitula scripta dicuntur anno a creatione mundi 6556 id est Christi 1048 juxta aeram Graeco-Siculorum, qui Christum natum volebant anno orbis conditi 5508. Haec computandi ratio a Siculis secuta fuit Saracenis aeque ac principibus Nortmannis in Sicilia dominantibus; ideoque cum in diplomatibus arabicis et graecis invenies annorum numerum ab orbe condito, rejiciendi sunt an. 5508, et annorum residuum erit annus Christi quando datum diploma. Consule Pirrum in *Not. Eccl. Pan.* p. 89. Gualterium in *Anim. ad Tab. Sic.* p. 184.

τε πρός τήν τοῦ καλοῦ μονημό τητα. Διό δή καί τόν παρόντα συνθέντες τόμον, καί ταῖς οἰκείαις ἡμῶν ὑπογραφαῖς τοῦτον κατεμπεδώσαντες ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός, καί τοῦ υἱοῦ, καί τοῦ ἁγίου πνεύματος, τῆς μίας καί ἀσυγχύτου, καί Βασιλείου ἀρχῆς τυποῦμεν. ὡς ἄν ὑπηρέτωμεν ἐν ταῖς θείαις καί ἱεραῖς δοξολογίαις τῇ πανσέπτῳ καί θείᾳ εἰκόνι τῆς ὑπεράνου δεσποίνης ὑμῶν θεοτόκου, καί ἀειπαρθένου Μαρίας, τῆς καί τήν στάσιν ἐχούσης ἐν τῷ ναῷ τοῦ πανενδόξου, καί ἀρχιστρατηγοῦ Μιχαήλ τοῦ τιμωμένου ἐν τῇ τῶν ναυπακτιτησσῶν μονῇ κατά τήν τοῦ γυρίου γειτονίαν. πρό μέν ἄλλου παντός κοινῶς ἅπαντες ἅπαξ ἑκάστου μηνός ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς στάσεως ἔτυχεν. ἐκεῖθεν δέ μεθ᾽ ἱερῶν ὕμνων ταύτην λαμβάνοντες ἀπάγωμεν, ὅπου ἄν ἑτοιμάσῃ εἷς ἐξ ἡμῶν τήν μηνιαίαν στάσιν αὐτῆς, ἐκεῖθεν δέ πάλιν πρός ἑτέραν ὅπου ὁ ἕτερος, καί καθεξεῖς τροχικῶς ἕως ἄν ἡ ὅλη ἀδελφότης ἐκμεπρηθῇ. τήν πᾶσαν ὑπηρεσίαν ποιοῦντος ἑκάστου ἡμῶν ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ εἰκόνι κατά τό ὅλον μηνιαῖον διάστημα. ἐπιτελουμένης καί τῆς θείας μυσταγωγίας ἐν ταῖς ἑβδοματικαῖς περιόδοις κατά τετράδα τε καί παρασκευήν. μνείαν ποιοῦμεν ἡμεῖς τῶν ὀρθοδόξων ἡμῶν Βασιλέων ἁγιωτάτου πατριάρχου, τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου ἡμῶν τοῦ πανοσίου ἐκείνου.... καί ἡγουμένου τῶν σἱειρίου κυρίου Θεοδώρου τοῦ Λεονάρδου. τοῦ περιόντος τῆς αὐτῆς μονῆς τῶν ἡγουμενευσάντων ἐν τῇ τῶν ναυπακτιτησσῶν μονῇ τῆς ὅλης ἡμῶν ἀδελφότητος τῶν τέ περιόντων, καί τῶν προαπελθόντων, καί παντός τοῦ χριστιανικοῦ πληρώματος. ταῦτ᾽ οὖν τετύπωται γίνεσθαι παρ᾽ ἡμῶν, κατ᾽ αὐτήν τήν εἰσβολήν τῆς πρώτης ἡμέρας ἑκάστου μηνός. εἰ δέ τε χειμών τίς σφοδρός ἐπεισφρήσας τήν λειτουργίαν ἐμποδίσει, τήν μετ᾽ ἐκείνην ἡμέραν, ἤ τήν μετ᾽ αὐτήν ἤ τήν ἀφεξῆς ἵν᾽ ἐκπληρῶμεν τό

semus (3): atque his deinde tradere in memoriam, et custodiam, et conservationem, ac in tanti scilicet boni stabilitatem. Quamobrem et praesentem componentes tomum, et propriis nostris subscriptionibus hunc suffulcientes, in nomine Patris, et Filii, et Sancti Spiritus, unius, et inconfusi, et regii principatus statuimus quemadmodum inservire debeamus in divinis, et sacris celebritatibus venerabilissimae et divinae imagini supremae Dominae nostrae Deiparae, et semper Virginis Mariae, collocatae in Templo gloriosissimi, et exercituum Principis Michaelis, qui colitur in Naupactitessarum regione (4) *gyrii* vicinium. In primis quidem communiter omnes semel singulis mensibus, in qua die convocatio stationis inciderit, illinc cum sacris hymnis hanc capientes imaginem eo abducamus (5), ubi paraverit unus ex nobis menstruam stationem ipsius: illinc vero rursus ad aliam stationem, ubi alter paraverit, et sic deinceps per circulum, donec tota fraternitas expleta sit, omni ex parte ministerium praestante unoquoque nostrum, circa ipsam sanctam imaginem, secundum totum mensis spatium. Dum perficitur autem divina sacrorum actio in hebdomadarum circulis per quartam, et sextam feriam memoriam faciemus nus orthodoxorum nostrorum Regum, sanctissimi Patriarchae, sacratissimi Metropolitani nostri, omnino sancti illius.... et ductoris eorum, qui sunt in..... Domini Theodori filii Leonardi superioris ejus regionis, eorum omnino degentium in ipsa Naupactitessarum regione, totius nostrae fraternitatis, vivorumque simul, et mortuorum, et totius christianae plenitudinis. Haec igitur statutum est fieri a nobis per ipsum ingressum primi diei uniuscujusque mensis. Sin au-

(3) *Renovari debere censemus)* Licet instituta fuerit sodalitas Saracenis adhuc in Sicilia degentibus, eorum renovatio capitulorum principibus Nortmannis antiquior non est ut censet ipse de Joanne *loc. cit.*

(4) *Naupactitessarum regione)* Templum S. Michaelis in Naupactitessarum regione, scilicet eorum qui navigia compingunt, positum erat juxta mare intra urbem tunc temporis ingrediens.

(5) Saracenis imperantibus publicum religionis exercitium Christianis prohibitum non fuisse patet ex hoc loco. Vide de Joan. dissert. IX ad *Cod. Diplom. de statu Ecclesiae Siculae sub Saracenorum tyrannide;* et nuper clarus. Buscemi in *Bibl. Sacra* V. 1. fasc. 6.

λειτούργημα. Καί μὴν καί ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, τελεῖν ὀφείλομεν τὴν θείαν, καί ἀναίμακτον μυσταγωγίαν, ἔνθα ἄν παρ' ἡμῶν τυπωθείη ὑπερευχόμενοι ἀλλήλων, καί πάντων κοινῶς, ὡς προλέλεκται. πᾶσαν σεμνοπρέπειαν ἔχοντες, καί χριστιανοῖς ἁρμόδιον πολιτείαν καί κατάστασιν. Ἀλλ' ἐπεί ἐκ τῶν ὁμοίων, καί τὰ ὅμοια τεκμέρεσθαι δεῖ, ὁ τῆς πολιτείας λόγος διαρρήδην βοᾷ εἰ συμβῇ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐν φθόνῳ τοῦ τὰ τῆς σωτηρίας ἡμων βασκαίνοντος; ἀρχαίου ἐχθροῦ, καί ἀποστάτου δαίμονος σκανδαλισθῆναι. ὥσπερ ὁρῶμεν τοῦτο γινόμενον ἐν πολλοις. ἡ κατὰ τὰ ἑτέρου παροξύνεσθαι, ἡ ἀπορραγῆναι τῆς ἱερᾶς ἡμῶν ἀδελφότητος, τα τοῦ κυριακοῦ λογοῦ, διαπραττόμεθα ἐν αὐτῷ. ἰδίᾳ τε τοῦτόν νουθετῶν τε καί δημόσια, καί ἐπί τῆς ἐκλησιας ταύτης. καί εἰ εὐδοκίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ ἡμῶν τῆς κακίοτης ἐκείνης, ὁποία ἄν καί εἴη ἀποστκίη, διαγωγῆς, τῶν μελῶν, καί μερῶν αὖθις ἔσεται τῆς θειοτάτης συνκυλίας ἡμῶν, ὥσπερ τὸ ἀνάπαλιν. Τῷ δε περιπεσόντι νόσῳ τινὶ σώματος ἀδελφῷ ἡμῶν, συναθροιζομένων ἡμῶν πάντων, εὐχὴ γενέσθω εἰς ἀπαλλαγήν τοῦ ὀχλοῦντος αὐτῷ νοσήματος. ἀλλὰ καί περί τοῦ τὴν ζοήν ἀπολελειπότος ἀδελφοῦ ἡμῶν. καί μεταχωρήσαντος πρός τὰ ἐκεῖθεν μονήματα, καί ἀθάνατα, συναθροιζομένων ἡμῶν περί τὴν ἐκφοράν τοῦ λειψάνου αὐτοῦ, τὰς εἰωθείας δοξολογίας ἐπιτελῶμεν μεθ' ἡμετέρων κηρῶν. εἰ καί τοῦτο δρήσειεν καί ἔτι διαμνημονεύοντες αὐτοῦ ἐσόμεθα κατὰ τὴν ἐπικρατήσασαν παρὰ τοῖς χριστιανοῖς συνήθειαν, κατὰ τε τρίτην ἐννάτην, καί τεσσαρακοστὴν ἡμέραν τῆς τούτου ταφῆς, καί κατὰ τὰς ἐνιαυσιαίσας μνήμας αὐτοῦ. καί ταῦτα ποιοῦντες, καί ὑπὲρ τῆς ἑκάστου ἑταίρου ἡμῶν σωτηρίας φροντίζοντες, πάσῃ σπουδῇ καί προθυμίᾳ, τὸ ἱερὸν ἡμῶν σύνταγμα ὡς ἡμέραι αὐξάνεσθαι τε, καί πληθύνεσθαι, καί ὑπὲρ τὰς κέδρους ὡς εἰπεῖν τοῦ λιβάνου ἐπεκτείνεσθαι, δι' ἔργων σπουδάζομεν, ὅπως καί τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον ληψώμεθα, καί τὴν πρὸ θεοῦ πολυπλάσιον ἀνταπόδοσιν οὐ μόνον

tem procella aliqua vehemens superingressa publicum ministerium impediat, subsequentem diem, aut aliam post eam, aut aliam deinceps eligere debemus, ut publicum ministerium tandem expleamus. Quin etiam semel in anno celebrare debemus divinam, et incruentam sacrorum actionem ubi a nobis statutum fuerit, orantes invicem pro nobis, et pro omnibus communiter, ut supra dictum est, omnem dignam morum gravitatem praeferentes, et aptam Christianorum vitae rationem, et institutum. Sed quum ex similibus, et similia conjicere oportet, evangelicus sermo aperte clamat: si contingat fratrum nostrorum aliquem livore antiqui hostis, et desertoris daemonis ea, quae ad nostram salutem pertinent invidentis, scandalizari, (quemadmodum cernimus hoc fieri in multis) sive adversus alium se praeferre, aut expellendum fore a sacra nostra fraternitate; ea quae dominici sunt sermonis exequentes in eo, secreto hunc corripiamus, et publice, et in Ecclesia ipsa. At si benevolentia boni Dei nostri a pessima illa, qualiscumque ea sit, revertatur vitae ratione, in membris rursus, et partibus sit divinissimae nostrae congregationis, ut viceversa si non resipiscat. Verum si aliquis noster frater in morbum inciderit corporis, tum congregatis nobis omnibus, oratio fiat pro liberatione molestantis morbi. At si frater noster ab hac vita decesserit, et ad illas aeternas transierit mansiones, congregati nos circa feretrum cadaveris ipsius assuetas recitationes persolvamus cum nostris cereis: quod quamvis hoc fiat, adhuc tamen memores ipsius erimus, juxta inveteratam apud Christianos consuetudinem, in tertio, nono, et quadragesimo(6) die post ejus sepulturam, et anniversariis commemorationibus ipsius. Et haec facientes et pro uniuscujusque sodalis nostri salute curam gerentes omni studio, et alacritate sacras nostras consti-

(6) In liturgiis Graecarum coloniarum in Sicilia adhuc viget usus tertiam nonam et quadragesimam diem celebrandi pro commemoratione defunctorum.

ἐνταῦθα, ἀλλὰ ϖολλῷ δέ ϖου καὶ ϖλέον, κατὰ τὴν τελευταίαν, καὶ μόνην ἐκείνην τῶν πρακτέων ἀντεϖιμέτρησιν. ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης. ὁ τὰ ἀμφότερα καταλλάξας, καὶ ἑαυτῷ ἑνώσας ἡμᾶς διὰ σϖλάγχνα ἐλέους τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, εἴη διαφυλάττων τὴν ἱερὰν ἡμῶν ἀδελφότητα. καὶ ϖᾶν ζηζάνιον ἐξ ἡμῶν ἐκκαθαίρων ὁδηγῶν ἡμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ϖαρ᾽ ὅλην ἡμῶν τὴν ζωὴν εὐχαῖς, καὶ ἱκεσίαις τῆς ὑϖεράγνου μητρὸς αὐτοῦ καὶ ϖάντων τῶν ἁγίων τῶν εὐαρεστησάντων αὐτῷ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

† Διονύσιος αὖς........ ὁ ἱερεὺς τῆς μονῆς τοῦ σκερὴου ὁμολογῶ εἶναι δοῦλος τῆς ὑϖεραγίας Θεοτόκου τῆς ναυϖακτιτήσσης.

† Ιωάννης ἐυχέτου καὶ ϖρεσβύτερος ἁγιοφορίτων ὁμολογῶ εἶναι δοῦλος τῆς ὑϖεραγίας Θεοτόκου τῆς ναυϖακτιτήσσης †.

† Ματθαῖος ϖρεσβύτερος ὁ καλοϖράγμων ὁμολογῶ εἶναι δοῦλος τῆς ὑϖεραγίας θεοτόκου τοῦς ναυϖακτιτήσσης †.

† Χριστοφόρος ὁ Κοψηνὸς ὁμολογῶ καὶ αὐτὸς δοῦλος εἶναι εἰ καὶ ἀνάξιος τῆς ὑϖεραγίας θεοτόκου τῆς ναυϖακτιτήσσης, ἧς ὁ ϖαρὼν τόμος ἐστίν.

† Θωμὰς ἱερεὺς ὁ Καλπιέρης ὁμολογῶ τοῦ εἶναι δοῦλος τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς ναυϖακτιτήσσης †.

† Μιχαὴλ ἱερεὺς ὁ Βλατὰς ὁμολογῶ τοῦ εἶναι μὲ δοῦλον τῆσ ὑϖεραγίας θεοτόκου τῆς ναυπακτιτήσσης †.

† Μιχαὴλ ἱερεὺς ὁ σάκας ὁμολογῶ τοῦ εἶναι μὲ δοῦλον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς ναυϖακτιτήσσης †.

† Γεώργιος ἱερεὺς ὁ μαλάσυρος ὁμολογῶ τοῦ εἶναι μὲ δοῦλον τῆς ὑϖεραγίας θεοτόκου τῆς ναυϖακτιτήσσης ††.

† Σοτηρικὸς ἱερεὺς ὁ κοϖάδρυος ὁϖολογῶ τοῦ εἶναι μὲ δοῦλον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς ναυϖακτιτήσσης †.

tutiones in dies augeri, implerique, et super cedros, ut ajunt, libani excrescere operibus studeamus, ut hominum laudem consequamur, et a Deo multiplicem retributionom non solum hic, sed multo utique amplins in finali et sola illa operationum snperabundante remensuratione. Deus antem pacis, qui utraque conciliavit, et sibi ipsi nos univit per viscera misericordiao ejus bonitatis sit conservans sacram nostram fraternitatem, et omno zizania a nobis expurgans, dirigons nos in omno opus bonum per totam nostram vitam, precibus, et snpplicationibus purissimao Matris ejus, et omnium sanctorum complacentium ipsi, cui gloria, et honor in saecula saeculorum. Amen.

† Dionysius...... sacerdos Ecclesiae Saeraei profiteor esse servns Sanctissimao Deiparae Nanpactitessao.

† Joannes Encheti, et presbyter sacriferorum profiteor esse servus Sanctissimae Deiparae Nanpactitessae †.

† Matthaeus presbyter Calopragmon profiteor esse servns Sanctissimao Deiparae Naupactitessae †.

† Christophorus Copsenus profitoor et ipse servus esse, etsi indignns, Sanctissimae Deiparao Naupactitessae, cujus est praesens volumen.

† Thomas sacerdos Calpieres profiteor esse servus Sanctissimao Deiparae Naupactitessao †.

† Michaol sacerdos Blatas profiteor esse me servum Sanctissimao Deiparae Nanpactitessae †.

† Michael sacerdos Sacas profiteor esse mo servum Sanctissimao Deiparao Naupactitessae †.

† Georgius sacerdos Malasyrus profiteor esso me servus Sanctissimao Deiparao Naupactitessae ††.

† Sotericus sacerdos Copadryns profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Θεοφύλακτος ἱερεὺς ὁ Καλέτης ὁμολογῶ τȣ̃ εἶναι μὲ δȣ̃λον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης †.

† Γρηγόριος ὁ ἐτέλλης ἱερεὺς ὁ σάκας ὁμολογῶ τȣ̃ εἶναι μὲ δȣ̃λον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης †.

† Γρηγόριος ἱερεὺς ὁ κάλανδρας ὁμολογῶ εἶναι μὲ δȣ̃λον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης †.

† Κονσταντίνος ἱερεὺς ὁ μάντης ἡμολογῶ τȣ̃ εἶναι μὲ δȣ̃λον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης †.

† Γρηγόριος δȣ̃λος ἱερεὺς λο Βλάτας ὁμολογῶ τȣ̃ εἶναι μὲ δȣ̃λον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης ††.

Σίγνον | Ρογερίȣ / τȣ̃ να | ναίνα

† Μελεῆ...... καὶ ἁμαρτολός ὁμολογῶ δȣ̃λον εἶναι μὲ τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης †.

σίγνον | Θεοδώρȣ / τȣ̃ κα | ρυστίȣ
σίγνον | Α᾽νδρέȣ / τȣ̃ | ἀχαῖȣ
σίγνον | ἰωάννȣ / τȣ̃ | μοαν......
σίγνον | Κονσταντίνȣ / τȣ̃ | Σαπωλε
σίγνον | ακ......: / μονα | χȣ̃
σίγνον | Α᾽δελφίȣ / τȣ̃ | Κουιτραλίȣ
σίγνον | Δαμιανȣ̃ / τȣ | μαλοβάτȣ
σίγνον | Γρηγωρίȣ / τοῦ | χωλιξίȣ
σίγνον | Λέοντος / τȣ.. | ..Χαγυσε
σίγνον | Μαρτίνȣ / τȣ̃ | Δέκαν
σίγνον | Λέοντος / τȣ̃ | περιματονος
σίγνον | Στεφάνȣ / τȣ̃ | Κορινθίȣ

† Νικόλαος ἀνογνώστης ὁ Πέτρȣ τακα..... καὶ ἀυτοποιός,

σίγνον Μαρ | σαμάνȣ / Θεοδώρȣ | τȣ̃ καμάτω
σίγνον | Μαρίας / τῆ τȣ̃ | Μαρ...δρ.
σί | γνον / Γεωργίȣ | σα..μ.τȣ
σίγνον | νι.......υ / τȣ̃ | Δεκ..
σί | γνον / εἰρηνίȣ | τȣ̃ σκαρδόνȣ
σί | γνον / μοχ.. | ς τȣ φηγελλητη

† Theophylactus sacerdos Caletes profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Gregorius Etelles sacerdos Sacas profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Gregorius sacerdos Calander profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae ††.

† Constantinus sacerdos Mantes profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae ††.

† Gregorius servus sacerdos lo Blatas profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae ††.

Signum | Rogerii / Nana | ina

† Melee....... et peccator profiteor servum esse me Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

signum | Theodori / Ca | rystii
signum | Andreae / Acha | ti
signum | Joannis / Mo | an......
signum | Constantini / Sapo | le
signum | Ec..... / Mo | uachi
signum | Adelphii / Cuitru | lii
signum | Damiani / Ma | lobati
signum | Gregorii / Choli | xii
signum | Leonis / .....Cha | gyse.....
signum | Martini / De | can
signum | Leonis / Peri | matonis
signum | Stephani / Corin | thii

† Nicolaus lector filius Petri Taca..... et ipse me subscribo

signum Mar | samani / Theodori | Camato
signum | Mariae / Mar...... | ...dr...
sig | num / Georgii | sa..m.ti
signum | Ni.....i / | Dec....
si | gnum / Irenii | Scardoni
si | gnum / Moch... | isPhegellete

† Νικόλαος ἱερεὺς Κȣστȣ́ραν..... ὁμολογῶ τȣ̃ εἶναι μὲ δȣ̃λον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης †.

† Nicolaus sacerdos Custuran.... profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Μανȣὴλ ὁ νυπολ...... ἱερεὺς ὁ Καντόρ ὁμολογῶ τȣ̃ εἶναι μὲ δȣ̃λον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης †.

† Manuel Nipol........ sacerdos Cantor profiteor esse servum Sanctissimae Deiparae Nanpactitessae †.

σίγνον | Λεόντος — τȣ̃ | ανεμίȣ

σίγνον | Νικολάȣ — τȣ̃ | γίδȣ

signum | Leonis — Ane | mii

signum | Nicolai — ..... | gidi

σίγνον | ἀχιλλέως — τȣ̃ | εὐριπιτȣ

σί | γνον — Νικολάȣ τȣ̃ | ἀδριανοπολ᾽τȣ

signum | Achillis — Euri | piti

si | gnum — Nicolai | Adrianopolitae

† Ιωάννης ἱερεὺς ὁ μαλοσειρὸς ὁμολογῶ τȣ̃ εἶναι δȣ̃λος τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης τȣ̃ ἐκδȣλεύειν αὐτῇ καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται †††.

† Joannes sacerdos Malosirus profiteor esse servus Sanctissimae Deiparae Naupactitessae ad serviendum ipsi, ut supra dictum est †††.

σί | γνον — Μιχαὴλ | τȣ̃ κριμ..λ..

sig | num — Michaelis | Crim.....l.....

σί | γνον — Ρο..ετ.. | τȣ̃ κȣκȣμάρα

σίγνον | Ἐλπιδίȣ — τȣ̃ | Ρω..τρ..

si | gnum — Ro...et. | Cucumara

signum | Elpidii — Ro | ...tr...

† Ιωάννης ἀναγνώστης ἱερεὺς ἀβ..λ.. ὁμολογῶ εἶναι μὲ δȣ̃λον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς ναυπακτιτήσσης †.

† Joannes lector sacerdos Ab...l... profiteor esse servus Sanctissimae Deiparae Nanpactitessae †.

σίγνον | Νικολάȣ — τȣ̃ ἀνα | τολικȣ̃

σί | γγον — Νικο | λάȣ μαυρητάνȣ

signum | Nicolai — Orien | talis

si | gnum — Nicolai | Mauri..tani

σίγνον | Εὐσταθίȣ — τȣ̃ | ......

...... | ...... — ...... | ......

signum | Enstathii — .... | ....

...... | ...... — ...... | ......

II.

Petrus Panormitanus Archiepiscopus Palatinam Capellam in Paroeciam erigit, et pro ejus ambitu castellum superius cum Regali Palatio assignat.

A. 1132.

Rogerio Dei gratia Sicilie, et Italie Regi Serenissimo, atque Invictissimo Domino suo reverendissimo, suisque haeredibus. Petrus eadem gratia panormitane sedis archiepiscopus cum generali ejusdem ecclesie capituli assensu in perpetuum.

Illi non immerito per recompensationem debitores efficimur, a quo honorificentiam, ac beneficium assidua largitione ecclesia panormitana recipere cognoscitur. Ea propter, rex benignissime, vestris postulationibus devotius annuentes, cappellam vestram io honorem b. petri apostolorum principis intra castellum (1) superius panormitanum fundatam, exaltare, et parochiali dignitate irrefragabiliter munire decernimus; praesertim cum jam dicta cappella tam canonicali honore, quam et reliquis beneficiis per vestre majestatis munificentiam decorata regaliter resplendeat. Nos igitur voluntati vestre sincere providentes, canonicorum nostrorum, et capituli communi assensu concedimus, et presentis privilegii auctoritate firmamus supra nominate cappelle vestre ecclesiam sancti andree (2), que sita est juxta murum panormitanum cum cimiterio sufficienti habendam illi, et possidendam, et ejosdem cappelle canonicis per hujus tradictionis paginam jure perpetuo: adjicimus (3) qooque ei in parrochiam totum castellum paoormitanum cum universo regali palatio, et omnibus in eo degeotibus cappellanis, clericis omnibus cappelle, et servientibus castelli cum domesticis suis. Si qua igitor inposterum magna, humilisve persona hujus nostre concessionis paginam violare temptaverit, a sancte matris ecclesie gremio se sentiat alienam. Ad hujus aotem nostre concessionis indicium, sigillo nostro insigniri, et subscriptis testibus roborari precepimus. Facta panormi anno domioice incarnationis mcxxxii indic. x anno regni vestri secundo.

† *Ego Petrus Dei gratia Panormitanus Archiepiscopus qui supra.*
† *Ego Henricus Panor. Archidiaconus. ss.*
† *Ego Joannes Cantor. ss.*
† *Ego Hubertus Canonicus. ss.*
† *Ego VV. Panormitanus Canon. ss.*
† *Ego Robertus Canonicus. ss.*
† *Ego Fulcous. ss.*
† *Ego Hubertus Presbyter. ss.*
† *Ego G. can. subscribo. ss.*
† *Ego Rogerius Canonicus. ss.*
† *Ego Arnulphus Canonicus ss.*
† *Ego Simon Canonicus. ss.*
† *Ego Joannes Rau̅ Canonicus. ss.*
† *Ego Stephanus Canonicus. ss.*
† *Ego Horricus Canonicus. ss.*
† *Ego Thomas Canonicus. ss.*
† *Ego Tiberius Canonicus. ss.*
† *Ego Petrus Canonicus. ss.*
† *Ego Guarinus Magister Cappellanus Cancellarius.*

(1) *Intra Castellum)* Castrum superius ad occidentem solem vergit ex ea parte quae urbem respicit, ait Falcandus, palatium ingressuri Capella Regis occurrit.

(2) *Ecclesiam S. Andree)* Pirrus illam appellat *Viridani*, potius *Viridarii*, quia viridarium propter erat posita; solo adaequata est ad amplificandum regium Palatium. Fazel. dec. 1, l. 8.

(3) *Adjicimus)* Pristina palatinae capellae Paroecia patuit latius quam hodie unius regii Palatii circuitione descripta; castrum enim superius in quo inclusum regale Palatium, ad meridiem usque ad Coenobium S. Joannis de Eremitis patebat, ad ortum totum illud praecingebat spatium, quod postea complanatum, hodiernam palatii aream efformavit, ab occidente pomarium latissime patens ubi Ecclesia S. Andreae consurgebat, quod castrum ampliabat, ambitus passuum millium ferme duorum; denique ad Septemtrionem Papyreto fluvio Castrum imminebat eumque totam regionem quae Thalca dicta erat, occupabat. Consule Fazellum dec. 1, l. 8, p. 330 et seq.

III.

Henricus Messanae Electus vendidit domum Joanni Notario.

A. 1138.

† Ego Henris Messine electus vendidi domum Jobi notario pro qngenti tareuis.

† Χίρρις ὑπαφήφιος μεσίνης ὁ τὸ σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ σὺν τῷ οἰκείῳ ὀνόματι ἄνωθεν τοῦ ὕψους ἰδιοχείρως χαράξας τὴν παροῦσαν ἔγγραφον καὶ ἐνυπόγραφον ἀποχὴν καὶ τελείαν διάπρασιν τίθημι καὶ ποιῶ ἑκουσίως καὶ ἀμεταμελήτως, πρὸς ὑμᾶς τοὺς ὁμοζύγους λέοντα νοτάριον καὶ ἀρέτην. καὶ οὐκ ἔκ τινος ἀνάγκης ἢ τῆς οιας... ἐρ... στάσεως, ἀλλ᾽ ἐρρωμένῳ φρονήματι καὶ λογισμῷ ὑγιαίνον τι. ὃ δὴ καὶ ποιῶ πιπράσκω πρὸς ὑμᾶς λεοντα νοτάριον καὶ ἀρέτην τοὺς ὁμοζύγους τὸν ἐμὸν οἶκον τὸν περιελθόντα μοι ἐξ οἰκείας ἀγοράσιας, τὸν ὄντα καὶ διακείμενον ἐν τῷ παλαιῷ ἄστει πόλεως πανόρμου ἐν τόπῳ καλουμένῳ εἰς τὴν ῥύμην ἔπεν χάλφυν, εἰς ταρία τὸν ἀριθμὸν πεντακόσια τῆς χαράγης τοῦ ἁγίου ἡμῶν δεσπότου τοῦ ὀρθοδόξου καὶ μεγάλου ῥηγος Κυρίου ρογερίου. Καὶ ταῦτα ἀπέλαβον παρ᾽ ὑμῶν πληρέστατα ἑνὸς κόκκου ἀπέδωκα ὑμῖν τὸν ῥηθέντα οἶκον ἵνα ἔχητε τὴν τούτου ἐξουσίαν τελείαν κατάχρησιν καὶ δεσποτείαν ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς χρόνους, ὃ περιορίζεται δὲ οὕτως, τὸ ἀνατολικὸν ἕως οἴκου τῶν παιδίων ἄκπαι καὶ τὸ μεσημβρινὸν ἕως τῶν υἱῶν παρούκη, καὶ τὸ δυτικὸν ἕως (τῆ)ς εἰρημένης ῥύμης κἀκεῖθεν εἰσοδοέξοδος αὐτοῦ. Καὶ αρκ........ ἕως τοῦ οἴκου ἔπεν ῥικάπου. ὀμνοῦμαι δὲ ὑμῖν τὴν νομικὴν δεφενσίονα ἀπὸ παντὸς προσώπου ξένου τε καὶ ἰδίου. τοῦτον τοίν(υν ἐμό)ν οἶκον καθὼς σύγκλειται καὶ

† Ego Henricus Messanae Electus vendidi domum Joanni Notario pro quingentis tarenis (1).

† Henricus Electus Messanae, qui signum venerabilis, et vivificantis Crucis, cum proprio nomine supra, propria manu, impressi, praesentem scripturam, et subscriptam apocam, et perfectam venditionem pono, et facio, libera, et absoluta volnntate, vobis jugalibus Leoni Notario, et Aretae; et non ex aliqua necessitate vel vi, sed toto animo et sano judicio de eo quod facio, vendo vobis Leoni Notario, et Aretae jugalibus meam domum, quae ad me devenit ex propria emptione existentem, et positam in veteri urbe (2) Civitatis Paormi, in loco dicto ad viam Epen Chalfun, pro tarenis (3) numero quingentis, mooetae Sancti nostri Domini, Orthodoxi, et magni Regis Domini Rogerii. Et hos accepi a vobis integros, unius grani, dedi vobis dictam domum ad habendum de ea facultatem perfectam, usum, et dominium, ex nunc, et in futura tempora. Ea autem sic limitatur. Ab Oriente (pertingit) usque ad domum filiorum Acpae, ex Meridie usque (ad domum) filiorum Parucae, ex Occidente usque ad dictum vicum, et ibi ingressus et egressus ipsius. Et ex Septentrione nsque ad domum Epen Ricapi. Promitto vero vobis legitimam defensionem ab omni persona extranea, et propinqua. Hanc igitur meam domum, sicuti clauditur, et limitibus cir-

(1) Hoc instrumentum interpetralus est Morsus *Palermo antico* pag. 379, num. 13.

(2) *In veteri urbe)* Haec civitas trina partitione distincta, tres in se particulares ut ita dixerim contnebat civitates, refert Falcandus: in veteri urbe erat domus Henrici, regio vero dicta Epen Chalfun in qua sita erat domus illa, penitus ignoratur. Vid. Morso *Palermo antico* pag. 292.

(3) *Tarenis quingentis)* Pretium siculorum tarenatum extimatum invenies *Opusc. Sic.* V. xvi.

περιορίζεται. σὺν πᾶσι τῇ ἐισοδοεξόδῳ καὶ...... σι τοις δικαιώμασιν ἀυτȣ̃ πέπρακα ὁ ἐιρημένος Χέρρις καὶ ὑποψήφιος μεσήνης πρός ὑμας τȣ̀ς ὁμοζύγȣς ἐις τὰ μνημονευθέντα πεντακόσια ταριά. ἐι δὲ ποτὲ ἐυρέθη ἡ τὶς τῷ μέρει ἡμῶν (ζη)τησιν ἡ (αγω)γην ἡ ὄχλησιν ἐισφέρειν ὑμῖν ἡ τοῖς ὑμετέροις ὑμῶν κληρονόμοις καὶ διαδόχοις ἕνεκεν τῆς δεσποτείας τȣ̃ μνημονευθέντος όικȣ ζημιωθήσεται νομίμως, καὶ ἀπό παντός δικαστηρίȣ ἐκδικαθήσεται. ἐιθ' ȣ̈τως στέργειν καὶ ἐμμένην τὴν καθαρὰν καὶ ἄδολον καὶ ἀπαρασάλευτον ὤνην ἄχρι τερμάτων ἀιώνων. ἐι τὶς ἐγράφη τῇ προστάξει τȣ̃ πανευλαβεστάτȣ καὶ ἱερωτάτȣ τȣ̃ ἄππαπα πόλεως πανόρμȣ Κυρίȣ Βασιλείȣ μηνὶ φευρȣαρίȣ ἰνδικτιῶνος ᾱ ἔτους ϛχμϛ.

† ὁ ἐυτελὸς ἄππαπα πόλεως πανόρμȣ Βασίλειος ὑπέγραψα ἰδιοχείρως

Ego Ba... Canonicus Panormitanus hujus venditionis testis sum

† Βασίλειος ἐυτελὸς πρέσβυτερ τȣ̃ ἁγίȣ ἰωάννȣ Καθολικῆς μάρτυρ ὑπέγραψα ἰδιοχείρως

cumscribitur cum omnibus ingressu, et egressu, et pertinentiis suis vendidi ego dictus Henricus, et Electus Messanae vobis jugalibus pro memoratis quingentis tarenis. Si vero aliquando inveniatur aliquis ex parte nostra, quaestionem, vel litem, vel molestiam inferre vobis, vel vestris haeredibus, et successoribus, causa dominii memoratae domus, multetur legitime, et totius Dicasterii indignationem sustineat; ut sic confirmetur, et maneat pura, et sincera, et inconcussa venditio usque in fines saeculorum, quae scripta est mandato Reverendissimi, et Sacratissimi Protopapae (4) Civitatis Panormi, Domini Basilii, Mense Februarii, Indictionis primae, Anni 6646 (5).

† Indignus Protopapa Civitatis Panormi Basilius subscripsi propria manu,

† Ego tetbos testis sum

† Ego Johes Gravenas testis sum

† Basilius indignus presbyter Sancti Joannis Catholicae testis subscripsi propria manu.

(4) *Protopapae)* Temporibus Nortmannorum cum jam invaluisset in siculorum Ecclesiis Latinus Gallorum ritus, in principalioribus urbibus Panormi potissimum ac Messanae Clerus graecus cum Rectore sibi proprio viguit. De Joanne *de D. Sic. Offic.* p. 70.

(5) *6646).* Id est anno Christi 1138.

IV.

Privilegium dignitatis Protonobilissimatus a Rogerio Rege datum Christodulo Amirae (1).

A. 1139.

Ωσπερ ἡ τȣ̃ ἡλίȣ ἀνατολὴ καὶ τοῖς εγγὺς καὶ τοῖς πόῤῥω τῶν οἰκείων (2) ἀκτίνων τὴν ἔλλαμψιν ἐπιδαψιλεύεσθαι (3), ὅτω δὴ καὶ θεοπρόβλητος ἡμῶν Βασιλεία ἐπιβραβεύειν (4) οἶδε τὰ γέρα, καὶ τὰς τιμὰς ἀναλόγως (5) τῆς ἑκάστȣ ἐγνωμόνος καὶ πιστῆς δȣλοσύνης. διὰ δὴ καὶ σὲ χριστόδȣλον τὸν Αμήραν τιμᾷ ἡ ἐκ Θεȣ̃ Βασιλεία ἡμῶν διὰ τῆς παρȣ́σης ευσεβȣ̃ς κηροβȣλλης (6) τῷ μεγαλεπιφανεστάτω τῶν πρωτονοβελισσίμων ἀξιώματι, τȣ̃ εἶναι σὲ εἰς τὸν πρωτονοβελισσίματον καὶ συντιμᾶσθαι τοῖς ὅτω τιμηθεῖσι καὶ τῆς βασιλείας ἡμῶν ὑπερεύχεσθαι - ✠

μηνὶ Ἀπριλλίῳ ἰνδ. Β'. ✠

α..... μηνὶ Ἀπριλλ. (7) ἰνδ. Β'. ἀπὸ της θεοφυτίας αρλθ.

Ρογέριος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ εὐσεβὴς κραταιὸς ρὶξ καὶ τῶν χριστιανῶν βοηθός·

E. Ρογέριος ἐν χριστῷ δεσπότης

P. M. B. *(forte)* Ρογέριος Μέγας Βασιλεὺς

Αξίωμα................ ἐκ τȣ̃ φιλοχρίστȣ δεσπότȣ πρὸς Χριστόδȣλον τὸν Αμίραν ἀνωβελεσσιμάτȣ (8).

Quemadmodum Solis ortus et prope, et procul positis radiorum suorum splendorem elargitur; sic et Majestas nostra a Deo promota praemiis, et honoribus singulorum studiosam, et fidelem servitutem remunerare novit. Quapropter te Christodulum Amiram (9) Majestatis nostra a Deo constituta per praesentem piam ceream bullam magna, et splendidissima *Protonobilissimorum* dignitate exornat (10), ut *Protonobilissimatu* accensearis, et cum paris dignitatis viris pari honore fruaris, proque Majestate nostra preceris.

Mense Aprili Indictione II.

.... Mense April. Indic. II, anno a Dei nativitate 1139 (11).

Rogerius in Christo Deo pius poteos Rex et Christianorum adjutor.

Ego Rogerius in Christo despotes (12).

R. M. B. *(forte)* Rogerius Magnus Rex.

Dignitas....(13). *Protonobilissimatus* a Christi amante Domino nostro collata Chistodulo Amirae.

(1) Clariss. Salvator Morso diligenter descripsit in nota 1, p. 397 l. c. totum hoc diploma prout nunc extat in nostro Tabulario. Interpetrationem qua usus est eruditissimi Montfauconii nos sequimur; cum autem in primo volumine Monumentorum Mss. Regiae Capellae alia antiquior interpetratio extet anno 1658 facta ab P. Joseph Maria Mazara Sicilensi Soc. Jesu, nos ambarum discrimina adnotabimus.

(2) οικείων) P. Mazara legit εἴδε *solet solitus est.*

(3) επιδαψιλέυεται) P. Maz. επιδαψιλευεσθαι.

(4) επιβραβέυειν) P. Maz. επιβραβευεσθαι.

(5) αναλόγως) P. Maz. *ἀμαλυμμενα τοις ἑκάστοις ἐυγνώμοσι καὶ πίστοις δȣλων insumpta singulis sinceris et fidelibus servorum.*

(6) ευσεβȣ̃ς αηροβάλλας) P. Mos. *ἐυσεβειαν κρατȣ̃σα τῷ μεγάλῳ ἐπιφανεστάτῳ τῶν ἀυτῶν νοβελισσίμων ἀξιώματι per patrocinantem pietatem imperans magna ac maxime celeberrima ipsorum nobilissimorum dignitate.* Leg. *ανοβελισ. protonobiliss.*

(7) *α.......μηνί)* P. Maz. supplet lacunam *απογραφθεντα μην. in actis relata mense.*

(8) *αξιωμα.....)* Hoe litterae sunt a tergo diplomatis P. Maz. supplet *ἀξιώματος πιττάκιον ἐκ τȣ̃ φιλαθλητȣ δεσπότȣ dignitatis breve a certantium excitatores amante domino etc.*

(9) *Christodulum)* Jam ab anno 1112 Amiram appellatum, unde putandum est ipsum in strenue navatae operae, et officiorum mercedem protonobilissimatus dignitate auctum fuisse a Rogerio Rege.

(10) *Protonobilissim.)* Protonobilissimi inter nobilissimos primi, et multi erant, et frequens eorum in historiis etiam in Sicilia et Calabria perinde atque in Oriente. Montfaucon. *Paleogr.* p. 337.

(11) *A Dei nativitate)* Numquam vidi, ait Morsus, in diplomatibus Graecis annum ab incarnatione Domini, sed a mundi exordio.

(12) *Ego Rogerius)* Clariss. Montfauconius putat hanc subscriptionem propria manu exaratam Rogerii fuisse.

(13) *Dignitas)* Pater Mazara in hac lacuna legebat *dignitatis breve πιττάκιον*, quod a vero non abhorret.

V.

Rogerius Rex Palatinam Capellam D. Petri instituit cum Canonicorum collegio, quibus pingues assignat praebendas (1).

A. 1140.

In Nomine Sancte, et Individue, Trinitatis. Rogerius Divina favente Clementia Rex Siciliae, Ducatus Apulie, et Principatus Capue. Novere gentes, et populi per mundi climata constituti per quot, et quantos sudores bellicos, quantoque vite discrimine predecessores, et progenitores nostri, pie recordationis, et beate memorie, Rubertus Guiscardus patruus noster, Rogerius Comes pater noster, et ceteri patrui nostri, atque consanguinei, ab inimicis Fidei Christianae Saracenis miserabiliter occupatos universos fines Siciliae, Calabrie, Apulie, et Longobardie suo dominatui subjugarunt. Quibus Omnipotentis Dei inestimabilis benignitas misericorditer cooperata, Nobis misericordius, longeque copiosius gratiam suam ampliavit. Non solum eam, que Patri nostro contigit acquisitionem, verum etiam omnium eorum labores, et parta nostrae ditioni subjecit, et potestati. Sacrosanctae igitur Matris nostrae Romanae Ecclesiae auctoritate, et Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Principum, Comitum, Procerum, Cleri nostri Regni, et totius Populi communi consilio, Regnum, quod absoleverat multis jam evolutis temporibus; benignitate redemptoris diebus nostris rediit in statum pristinum, et formam regni in integrum, perfectam honorificentius decoratam, et magnifice sublimatam. Aspirante nobis itaque septiformi Salvatoris gratia ad honorem Dei, cujus misericordia nostra prosperantur in melius, et Beate Virginis Marie, omniumque sanctorum, titulo beati Petri Apostolorum Principis intra nostrum regale palatium, quod est in Urbe Panormi, Ecclesiam fabricari fecimus summa devotione. Ita quidem, ut nulli Persone liceat in ea sibi aliquid vendicare, nisi per nos, aut eos, qui nobis in regno succedent. Nos autem pro salute animarum Predecessorum nostrorum Roberti Guiscardi, et Rogerii Comitis Patris nostri, et Matris nostrae Adelasiae, et Elvire (2) Regine Uxoris nostre, et Filiorum nostrorum, et omnium Parentum nostrorum, et eorum omnium, qui in acquisitione Siciliae studium impenderunt, pro nostrorum etiam remedio peccatorum, eorumque omnium, qui praedictam Ecclesiam juverint, et dignitatem ejus custodierint; nomine dotis in praesenti damus ei pro Cimiterio Ecclesiam Sancti Georgii (3) nuvam hoc tenore, ut nulli liceat Personae aliquid de bonis ejusdem Ecclesiae subtrahere, vel auferre. Octo autem ibi-

(1) Hujus privilegii in membranis exarati aliud exemplar servatur in Archivio scriptum in carta bambacina caerulei coloris caracteribus autem litterarum aureis, cui notula apposita fuit *in alio privilegio hoc idem continenti hujus rei testes subscripti sunt;* ideoque autographi exemplar censetur.

(2) *Elvire)* Albira, Albeida communiter, sed ex hoc monumento, cum ex alio citato a Pirro not. S. Joann. Erem. an. 1148 appellanda omnino Elvira.

(3) *Ecclesiam S. Georgii)* Prope Monasterium S. Joannis de Eremitis erat Ecclesia S. Georgii de Kemonia; quam merito donavit *nomine dotis*, habebat enim a Casale Abdedali cum vineis, viridariis, seu jardinis, domibus, censualibus, et omnibus aliis juribus ad eamdem Ecclesiam spectantibus, » ut ex diplom. Friderici regis an. 1307 satis apparet. Anno vero 1148 Rex Rogerius tumulandis omnibus in palatio existentibus, exceptis principibus regiae dignitatis, assignavit Coemeterium S. Joan. Eremitarum. Pirr. *Not. S. Joan. Erem.*

dem Praebendas constituimus (4): duas earum in redditibus septingentorum tarenorum ad granum unum (5), cum vineis, et domibus suis, et terris, sicut divisum est in alio Privilegio (6), et singulis annis singulas harum duarum accipere frumenti modios sexaginta, et totidem hordei: et singulas itidem harum duarum praebendarum septigentos tarenos accipere. Item quatuor alias praebendas in redditibus quingentorum tarenorum cum vineis, et domibus suis, et terris, sicut divisum est in alio Privilegio (7), et singulis annis frumenti modios quadraginta, et totidem bordei per singulas. Duas etiam alias, quae cum sint hujus Ecclesiae, ordinatae tamen sunt in Cappella Reginae (8), bouae memoriae, Elvirae, in redditibus ducentorum tarenorum ad granum unum, cum domibus, et vineis, sicut divisum est in alio Privilegio, et singulis annis frumenti modios viginti duos cuique. In Ecclesia vero confessionaria (9) pro personis ibidem servientibus ducentos, et quinquaginta tarenos, et frumenti modios vigintisex. Et constituimus, ut redditus omnium tarenorum de Molendinis Urbis Panormi proveniat, medietas in Nativitate Domini, et alia medietas in Pascha; Victualia vero Thermis Mense Augusti. Si qua vero Personarum, cui praedicti redditus sunt statuti, decesserit, praebendae Victualia tam pro Vicario, quam pro cultu vineae, et domus utensilibus interim conserventur. Si quid erit residuum Christi pauperibus erogetur. Tareni vero praebendae in manu Regis sint, ut aut usibus Ecclesiae applicentur, si ita res exigat, aut pauperibus Christi distribuantur. Hoc autem dispositum, et constitutum est pro salute Praedecessorum nostrorum, et peccatorum nostrorum, haeredumque nostrorum remedio. Filiis nostris summopere committimus, et commendamus, ut sicut ipsius Dei, et nostram benedictionem, et gratiam promerere desiderant, sic quisque pro sua persona diligentissime studeat custodire. Si qua vero Persona de Regno nostro huic nostro privilegio contra ire tentaverit; pro qualitate commissi, tanquam sacrilegus, et Regiae Majestatis reus, penae condigne subjaceat. Quod si persona de Regno non fuerit, quae nostra sancita violare praesumpserit, anathematis gladio fodiatur, et Omnipotentis Dei Patris, et Filii, et Spiritus Sancti iram sentiat sempiternam, nisi resipuerit, et congrua satisfactione correxerit. Amen, Amen, Amen.

Datum Panormi per manus Roberti Cancellarii die dedicationis Ecclesiae, Quarto Kalendas Maji, Indictionis Tertiae, Incarnationis Dominicae ann. MCXL. Regni vero Excellentissimi Regis Rogerii Anno Decimo (10). Et totum superius apertissime declaratum sigillari, et insigniri fecimus Chrysobullo Regali nostro (11).

(4) *Octo autem ibidem praebendas)* Tempore fundationis fuerunt institutae praebendae seu Canonicatus Regiae Cappellae, ut apparet in privilegiis antea concessis quae in hoc diplomate citantur, tum etiam ex concessione Archiep. Panormitani anno 1132 in qua Capella tam *Canonicali honore*, quam *reliquis beneficiis per regiae majestatis munificentiam jam decorata* celebratur.

(5) *Septingentorum tarenorum ad granum unum)* Satis pinguem fuisse hanc Canonicarum praebendadarum dotationem manifestum est praesertim ex valore monetae aevi illius. *Ad granum unum* obvia locutio in diplomatibus *grani unius, i: e: αδχχυ, vel granorum duorum* quae non respicit valorem, sed pondus grani ratione librae seu unciae.

(6) *In alio privilegio)* Hoc privilegium concessum a Rogerio tempore fundationis deest.

(7) *In alio privilegio)* Etiam hoc privilegium deest.

(8) *Cappellae Reginae bonae memoriae)* Sacellum hoc Regium S. Mariae Magdalenae illustrium Nortmannae familiae sarcophagis insigne fuit aedificatum, dotatumque ab Elvira anno 1130 ut vult Amatus. In hoc sacello duo Cannnici palatini ex ordinatione Regis Rogerii assiduo cultu celebrabant. Animadvertendum autem est Pirrum in errorem incidisse cum ait mortuam Elviram 6 Id. Feb. anno 1145, nam in hoc diplomate anno 1140 aperte significatur fato jam functam.

(9) *In Ecclesia vero confessionaria)* Haec duo confessionis beneficia adnexa sacramenti penitentiae administratione appellata sunt in diplomatibus.

(10) *Anno decimo)* At secunda Rogerii coronatione hic computari manifestum est quae anno 1130 celebrata fuit.

(11) *Crisobulo Regali nostro)* Sigillum aureum appendebatur diplomatibus imperialibus, nostris autem Regibus Nortmannis solemne fuit etiam iis uti in privilegiis.

† *Signum man. Amphussi di g. Neapolitanor. ducis et Tarantinor. princis Regis filii* (12). † *Ego G. comti. Catenzar.* † *Petr. comti. d. iska.* † γεωργιος αμηρας μαρτυρ υπογραψα. † ο ανοτερος Ιωσηφ.... μαρτυρ υπογραψα. † ο τυ αρχόντυ τῶν αρχόντων. † μιχαηλ μαρτυρ υπογραψα. † *Ego W. d. g. Salerni Archieps. SS.* † *Sig. G. Panor. can.* † *Sig. G. Messsan. precent.* † *Goffridus Archid...* † *Sig. man. aG. agrigent. epi.* † *Ego henric. Capuan. electus SS.* † *Johs. Siracusanus archidiac. testis.* † *Desiderius Cantor Siracusane.* † *Sig. G. malicovenanti.* † *Ego Petrus diac. Scti. Mathei.* † *Ego Stephanus militensis eps. SS.* † *Ego Joffrid. panet Affricanus epus.* † *Signum Mich. dereud.* † *Ego Johs. diaconus Salerni.* † *Sig. Aimelani.* † *Adstunel.* † *Ricc. demlerus.* † *Petrus panormit. Canus.* (13).

(12) Corrigendus omnino Pirrus qui in Chronologia Regum Siciliae scripsit post obitum Rogerii filii Amphusum fratrem ejus auctum fuisse Ducatus neapolitan, cum hic decesserit anno 1141 fratre superstite.

(1) Literae duorum signorum rubri sunt coloris. In minori signo, ut assolet, inscriptus Rogerius Regis Rogerii filius *dux Apuliae.*

V.

Georgius Amiras Ecclesiam S. Mariae de Admirato instituit cum Clero graeco et quamplurima assignat bona (1).

A. 1143.

الحمد لله تعالى العظيم

Ἐπειδὴ πολλῶν ἠξιώθην καὶ μεγίστων ἀγαθῶν καὶ εὐεργεσιῶν παρὰ τῆς παναχράντου Θεογεννετρίας καὶ κόσμου σωτῆρος, ὡς πᾶσιν ἐμφανές πέφυκε καὶ κατάδηλον. πρὸς μικράν τινα τῶν τοσούτων δωρεῶν, καὶ ἀμυδράν ἀντάμειψιν, δόμον ἐπ' ὀνόματι ταύτης ἐν τῇ Θεοφρουρήτῳ πόλει Πανόρμου ἐξ αὐτῶν τῶν βάθρων ἀνήγειρα. Καὶ ὅσην σπουδὴν καὶ προθυμίαν ἐνεδειξάμην εἰς τὴν τούτου οἰκοδομὴν καὶ καλλονήν, καὶ ἁρμιότητα αὐτὰ βοῶσι τὰ πράγματα. τούτῳ τοίνυν τῷ σεβασμίῳ ναῷ τῇ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν μεγάλου ρη-

LAUS DEO EXCELSO MAGNO (2)

Quoniam multis dignus habitus sum, et maximis bonis, et beneficentiis a purissima Genitrice Dei, et Mundi Salvatoris, sicut omnibus manifestum est, et apertum; ad parvam quamdam tantorum donorum, et tenuem compensationem domum in nomine ejus in a Deo custodita civitate Panormi ex ipsis fundamentis erexi (3); et quantum studium, et diligentiam ostenderim in hujus structura, et pulcritudine, et decore ipsa clamant facta. Huic profecto augusto templo fortis, et sancti nostri

(1) Dignum lectu prorsus est eruditissimum commentarium de hac Ecclesia quod scripsit antiquitatis Panorm. diligens praescrutator Salv. Morso; cui adjecit hoc diploma servatum in Tabulario, graece, et arabice scriptum, ab ipso latinitate donatum *Palerm. antico* p. 303, num. 2.

(2) Inter diplomata Calabriae et Siciliae saeculi undecimi et duodecimi a Montfauconio recensita nullum invenitur bilingue, ut est hoc nostrum, aliumque quod subjicimus.

(3) *Fundamentis erexi)* Templum hoc a Georgio Christoduli protonobilissimi filio erectum, a Gualterio Pan. Archiepiscopo dedicatum fuisse ann. 1113 censet Pirrus, ex diplomate quod affert consecrationis ejusdem; sed jure meritoque hoc rejicit Morsus inter supposititia. Vide *op. et pag. cit.*

γὸς κελεύσει, ἐκ τῆς παρ' αὐτῦ μοι δεδωρημένης τῦ μυζελλιμήρυ ὕτω λεγομένυ χώρας, δέκα παροίκυς ἀφιερῶ. ὧν ἐστὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα

Ἀβδερραχμὲν σὺν τοῖς παισὶ αὐτῦ

عبد الرحمن واولاده

Βύβκερ ὑιὸς Μενάλλα σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτῦ

ابى بكر بن من الله واخوه عارب تحته

Οἱ παῖδες ὑιῦ χάλφυ Βελκάσιμος καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτῦ

اولاد ابن خلف ابو القسم واخوه

Ἀλῆς ῥαπίπης σὺν τοῖς παισὶ αὐτῦ

على الربيب واولاده

Οἱ παῖδες χαλφάλλα

اولاد خلف الله

Βύβκερ ὑιὸς ὀθμὲν

ابو بكر بن عثمان

μυχύμμετ επὲν κύκυ

محمد بن كوكو

Ἀβδέλλος ὑιὸς ἀλῆ τῦ μικρῦ

عبد الله بن على الصغير

Ἀλῆς ὑιὸς ὀπβῦς σὺν τοῖς παισὶ αὐτῦ

على بن حبوس واولاده

Βυλκάσιμος ὑιὸς Βαράδαη σὺν τοῖς παισὶ

ابو القسم بن البرادعى واولاده

Ὁμῦ δέκα τύτυς τοίνυν ἀφιερῶ καὶ δωρῦμαι τῷ

الجملة عشرة اسما

τοιύτῳ θείῳ ναῷ σὺν πᾶσι τοῖς προσῦσιν αὐτοῖς. μετὰ καὶ τῦ χωρίυ τῦ γνωριζομένυ ἐσσιαράνη σὺν πάσῃ

ورحل الشعراني

Regis jussu ex terra ab ipso mihi donata Minzellimero sic dicta (4) decem villanos (5) offero, quorum haec sunt nomina:

Abderrachmen cum filiis ejus.

Abdorrahman, et filii ejus.

Bubker filius Menalla cum fratre ipsius.

Abu Beker Ben Menalla, et frater ejus Aazab sub eo.

Filii filii Chalphi Belcasimus et frater ejus.

Filii Ebn Chalphi Abu-l-casem, et frater ejus.

Ali Rapipe cum filiis ejus.

Ali-r-rabib, et filii ejus.

Filii Chafalla.

Filii Chalf-allah.

Bubker filius Othmen.

Abu Beker ben Othman.

Muchummet Epen Kuki.

Muhammed Ben Kuku.

Abdellus filius Ali parvi.

Abdallah Ben Ali Alsaghir (parvi).

Ali filius Opbus cum filiis ejus.

Ali Ben Hobus, et filii ejus.

Bulcasimus filius Baradai cum filiis.

Abu-l-Casem Ben Albaradai, et filii ejus.

Hos decem simul utique dedico, et dono tali divino templo cum

in totum decem nomina

omnibus pertinentiis eorum, et cum casali dicto *Essiarane* cum

et raal Sciarani

(4) *Minzellimero)* Saracenica vox quae sonat *hospitium Emiri* nunc *Misilmeri*.

(5) *Decem Villanos)* Cum praediis alicui Ecclesiae donatis persaepe transibant in potestatem ejusdem Ecclesiae villani, et mancipii terrae addicti una cum bonis ipsorum villanorum. Conf. Inveges in *Pan. Sacr.* pag. 496. Mongit. *Bullae et privil.* pag. 4, 8, 10.

τῆ διακρατήσει αὐτῦ. πρός ἐπί τύτοις δὲ ἀφιερῶ τῶι τοιύτῳ τῆς πανάγνυ ἐυαγεῖ δόμῳ, ἀπό τῶν ἰδιοκτήτων μυ τῆς Πανόρμυ πραγμάτων. ὧν ἐπεκτησάμην πρόνοιᾳ θείᾳ καί χάριτι καί τῆ τῦ κραταιοτάτυ καί ἁγίυ ἡμῶν ρηγός χαρᾷ καί ἀντιλήψει. τόν νέον φύνδακα ὅν κέκτημαι ἐις τὴν πόλιν Πανόρμυ πλησίον τῦ ἁγίυ ἰακόβυ ἐις τὴν θάλασσαν. καί τόν ἕτερον φύνδακα ὅν ἠγόρασα παρὰ χάσενη ὑιῦ νασαχ ἔσω εἰς τό κάστρον. ὡσαύτις καί τόν φῦρνον ὅν ἔχω πλησίον τῦ ὄικυ τῆς ἐμῆς θυγατρός Κυρίας Μαρίας. Ομοίως καί τον κῆπον ὅν ἠγόρασα παρὰ τῦ Κάδη Πανόρμυ. ἔτι καί τό ἀμπέλιον ὃ ηγόρασα παρά τῦ *(in originale deest fere una linea)* ταῦτα πάντα ἀφιερῶ καί δωρῦμαι ἐν τῷ ρηθέντι τῆς θεομήτερος θείῳ ναῷ. πρός ὑπεργίαν καί λυχναψίαν καί φωταγωρίαν, ὑπέρ κηρῦ καί ἐλαίυ καί θυμιάματος, καί τὴν τῶν ἐν αὐτῷ μελλόντων δύλευειν προνόιαν τε καί διοίκησιν. ὁι τινες ὀφείλωσιν εἶναι πρεσβύτεροι καί δίακονοί καί κληρικοί κατὰ τὴν τῶν προσόδων ἱκάνωσιν καί ποσότητα. τῦ προσφέρειν ἀεί προσευχὰς τῷ θεῷ ὑπέρ σωτηρίας καί ἐυοδόσεος τῦ κραταιοτάτυ καί ἁγίυ ἡμῶν μεγάλυ ρηγὸς, καί τῶν πανευτυχεστάτων καί ἀνδρειοτάτων, καί βασιλικωτάτων τέκνων αὐτῦ καί ὑπέρ μνήμης τῶν προαπελθόντων τῶν ἀοιδίμων γεννητόρων αὐτῦ. εἶτα καί ὑπέρ ἐυχῆς καί μνήμης καί ἐν ζωῆ μυ καί μετὰ θάνατον ἐμῦ τῦ ἁμαρτωλῦ. ὁμοίως καί τῶν τέκνων μυ. ἔτι δὲ μνημοσύνον τῶν ἀποιχομένων γονέων μυ. ἡ δὲ τιμιωτάτη μοναχὴ Κυρία Μαρίνα, ὀφείλει ἔχειν ἐτησίως δὶ ἐνδυμενείαν αὐτῆς ταριὰ λ κόκκων δύο καί ταῦτα ἀδιαλείπτως μεχρι βίυ ζωῆς αὐτῆς. ὁμοίως καί τὴν διοίκησιν αὐτῆς καί τῶν μετ' αυτῆς τιμίων μοναζυσῶν

omni tenimento suo. Insuper offero huic purissimae *(Virginis)* sacrae domui ex propriis meis Panormi rebus, quas acquisivi providentia divina, et gratia, et potentissimi, ac sancti nostri Regis gratia, et opitulatione, novum fundacum, quem possiden in civitate Panormi prope Sanctum Jacobum ad mare, et alterum fundacum, quem emi a Chasene filio Nasach intus in Castro; item et furnum, quem habeo prope domum meae filiae Dominae Mariae; similiter et hortum quem emi a *Kadi* (6) Panormi, insuper et vineolam quam emi

haec omnia offero, et dono dicto Deiparae divino Templo ad ministerium, et luminum accensionem pro cera et oleo, et thymiamate, et ad eorum, qui ministerium praebituri sunt (7), providentiam, et substentationem, qui debent esse Presbyteri, et Diaconi, et Clerici juxta proventuum sufficientiam, et quantitatem, ut offerant semper precationes Deo pro salute, et prosperitate potentissimi, et sancti nostri magni Regis, et felicissimorum, ac fortissimorum, et augustissimorum filiorum ejus, et pro memoria praemortuorum celebrium genitorum ipsius, tum etiam pro supplicatione, et memoria mei in vita, et post mortem mei peccatoris; similiter et filiorum meorum, insuper et memorandorum defunctorum parentum meorum. Venerabilissima vero Monialis Domina Marina debet habere annualiter pro habitu ipsius tareuos triginta granorum duorum, et hos perpetuo quoad ipsa vixerit. Similiter et substentationem sui, et revcrendarum solitariam vitam degentium cum ipsa,

(6) *Kadi)* Nomen dignitatis apud Saracenos, quod sonat *judex*. Morso *op. cit.* not. 15 ad hoc diploma.

(7) *Qui ministerium praebituri sunt)* Patet ex hoc loco Ecclesiam adhoc non habuisse Clerum addictum sacris faciendis. Perperam igitur Fazellus Dec. I, l. 8, et ex eo Pirrus *Not. Eccl. S. Petri* p. 1359 asserunt a Rogerio Rege octo Canonicos, quatuor aliis superadditis, e templo Divae Mariae de Admirato ad Divi Petri apostoli in palatio transumptos fuisse, annus enim fundationis Regiae Capellae, qui est 1132, multo anterior incidit hacce Georgii institutione. Praeterea hoc diploma neque numerum neque titulos definit Clericorum sacra obeuntium, ministros tantum recenset qui debent esse Presbyteri, Diaconi et Clerici juxta proventuum sufficientiam, minime vero Canonici.

καθὼς ταύτην ἔχειν εἴωθεν, διότι ἡ ἀοίδιμος κα' ἁγιοτάτη μήτηρ μοῦ, ἐν τῷ καιρῷ καθ ὂν ἐξεδήμει πρὸς Κύριον παράγγειλέ μοι ταῦτα περὶ αὐτῆς. καὶ ταῦτα πάντα καθὼς ἀνωτέρως εἴρηται, αφιέρωσα τῷ ῥηθέντι εὐαγεστάτῳ τῆς παναχράντω θείῳ ναῷ. Ε'τι ἀφιέρωσα ἐν αὐτῷ καὶ διάφορα σκέυη ἱερὰ ἐκ χαλκȣ̃ καὶ ἀργύρȣ, καὶ ἔπιπλα, καὶ Βίβλȣς ἐκ ὀλίγȣς. ὧν το κατ' ὄνομα ἐν ἰδιάζοντι βραβείῳ γράφεν. ἀπετέθη ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ τȣ̃ αὐτȣ̃ ναȣ̃. καὶ βȣ́λομαι πάντα ταῦτα τα ἀφιερωθέντα κινητὰ τὲ καὶ ἀκίνητα, ἀνεκποίητα μένειν ἕως συντελείας αἰώνων ἐν τῷ τοιȣ́τῳ θείῳ ναῷ. ἐπὶ τȣ́τῳ γὰρ καὶ τὸ παρὸν ἀφιερωτικὸν ἔγγραφον ἐξεθέμεθα, καὶ τῇ διὰ μολιβδυβȣ́λλῃ ἡμῶν ἐσφραγίσαμεθα, μηνὶ μαΐῳ ινδικτιῶνος ἕκτης τȣ̃ ἔτȣς ϛχνα

sicuti ipsa habere solita est, propterea quod celebris, et sanctissima mater mea, tempore, quo abiit ad dominum, haec mihi mandavit de illa. Et haec omnia, sicuti supra dictum est, obtuli dicto sanctissimo omoino impollutae *(Virginis)* divino Templo.

Insuper dedicavi in ipso, et diversa vasa sacra ex aere, et argento, et supellectilia, et libros non paucos, quorum catalogus in privato brevi repositus est in loco custodieodis vasibus, et utensilibus destinato ipsius Templi, et volo omnia haec oblata mobilia, et immobilia inalienalibiliam anere usque ad finem saeculorum in tali divino Templo; propter hoc enim praeseotem oblatiooís scripturam edidimus, et nostro plumbeo sigillo signavimus (8). Mense Maii, indictioois sextae, anni 6651 (9).

لما كان شهر مايو الاندقتس الساداس
سالن مولانا الملك المعظيم القديس خلد
الله ملكه ئى ان يوتع علامته الشريفة
بهذا السجل ليعلم لترتيب الله عرع
اجاى ذلك وايضا فانعم بالاجب وارتضا
واوتع علمته الرفيعة باعلاه وحسب الله
ونعم الوكيل *

Mense Maii, indictione sexta rogatus fuit Dominus noster Rex augustus, sanctus, cujus regnum Deus perpetuet, ut imprimeret suum nobile signum in hoc diplomate, ut sciretur, quod ejus potentia ordinatione divina costituta, hoc etiam concessit, annuitque respontione, et se contentum declaravit, impressitque suum sublime signum (10). *Sufficiens est Deus, et propitius ei, qui confidit in illo.*

Ο' τῶν Α'ρχόντων Α'ρχων Γεώργιος Αμήρας ἐκύρωσα.

Nobilium Nobilis Georgius Amiras confirmavi.

(8) *Nostro plumbeo sigillo)* Bullae plumbae usus invaluit non tantum apud Patriarchas Constant. et Imperatores Orientales sed etiam Romanos Pontifices, et Nobiles Sicilienses. In antica parte Bullae Deipara sedens spectatur parvulo super ejus genua sedente, cum litteris M̄P Θ̄Υ *(Mater Dei)*, in postica legitur

O των Αρχοντων Αρχων Γεωργιος Αμηρας *(Nobilium nobilis Georgius Amiras).*

(9) *6651)* Anno Domini 1143.

(10) *Suum sublime signum)* Signum Rogerii regis deest neque vestigia adsunt in autographo aliquando fuisse.

VI.

Gualterius Abbas S. Laurentii de Aversa in Calabria concedit Regi Rogerio Casale cum Ecclesia S. Laurentii in Sicilia in territorio Saccae.

A. 1143.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Gualterius Dei gratia Abbas Sancti Laurentii de aversa totiusque eiusdem Monasterii fratrum conventus in perpetuum.

Sanctum est atque Religiosum omnibus benefaccre pro susceptis beneficiis benefactoribus vicem recompensare, et quanto amplius beneficii susceptum sit tanto liberalius maonm in remunerando porrigere. Nos igitur preeunte divino, sequente nostri Capituli commuui Consilio, tibi domine gloriosissime Rex Rogeri et heredibus tuis ut qui de vestris beneficiis sustentamur et vivimus ut qui de pace vestra ac Justitia gloriamur et Deo quiete perfruimur, quibus auxilio vestro et misericordia nobis multa restitnta sunt, que multis iam temporibus nostra perdiderat Ecclesia pro parvitatis nostre officio vicem recompensantes concedimos et donamus Casale, quod in Sicilia habemns in territorio Sacce, quod vocator Casale Sancti Leonardi (1), et Ecclesiam Sancti Laurentii (2), que est in Sacca cnm domibos, et ortis, cum Viridariis et vineis cum agris et omnibus aliis possessionibus et pertinentiis suis cum rebus mobilibus et immobilibus que omnia aut parum aut oihil utilitatis Ecclesie nostre conferebaot tum pro longinqnitate et loci remotione tum quia in loci predicti visitatione oportebat expensas plures fieri quam nobis locus lucrifaceret. Ad hec metucotes ne aut nostra aut fratrum prepositorum incuria prephatus locus ad oicbilum deveniret, ut iam prediximus prenominatum Casale et sopradictam Ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis cum rebus mobilibus et immobilibus in integrum coucedimus et donamus tibi Domine gloriosissime Rex Rogeri et heredibus tuis habenda et possidenda et pro beneplacito vestro disponenda in perpetuum absque omoi nostra et successorum nostrorum ioqnietatione. Et hanc nostram concessionem et donum preseotis privilegii robore confirmamus. Si quis ergo hnic nostre concessioni aut dono quomodolibet contraire presumpserit indignationem Dei se incursurum sentiat et quinquaginta libras auri purissimi Sacro Regali componat palatio, si bis vel ter commonitns a presumptione non resipuerit.

† *Signum proprie manus Domini Gualterii Abbatis.*

† *Signum manus Dom.*	† *Signum Joannis mata Co.*
† *Signum Roberti Cellerarii.*	† *Signum Franconis P.*
† *Signum Nicolai prepositi.*	† *Signum Joannis de S. Angelo.*
† *Signum Gulielmi mar.*	† *Signum Fratris Marc. di S. Juliano.*

(1) *Casale S. Leonardi)* Hoc beneficium quod dicebatur postea S. Leonardi de Alfues infra Territoria Saccae, et Caltabiilottae dedit Rogerius Regiae Capellae. Pirri *Not. Cap. Palat.* p. 1358.

(2) *Ecclesiam S. Laurentii)* Rex Gullielmus commutavit cum Bartholomeo Episcopo Agrigentino beneficium S. Laurentii cum alio S. Mariae de Missitella seu de Militellio. Fuit haec Parochialis Ecclesia S. Mariae de Stellis vulgo dicta de Stholis, quam Alphonsus diplom. 17 Aug. III Indict. vetuit Episcopo Syracusano in sua ditione retinere ut pote suffraganea Palatinae Capellae. *Ex Tabul. Mss. Eccl. Syrac.*

† *Signum Fratris Erasimi.*
† *Signum Fratris Petri Correctoris.*
† *Signum Fratris Constantis.*
† *Signum Fratris Andree degani.*
† *Signum Fratris Stephani de S. Juliano.*
† *Signum Fratris Achillis de S. Juliano.*
† *Signum Fratris Gervasii de Aversa.*
† *Signum Fratris Hieronimi.*
† *Signum Fratris Hugonis.*
† *Signum Fratris Rogerii.*
† *Signum Fratris Joannis de Capua.*
† *Signum Gisolfi de S. Felice.*
† *Signum Ebrardi de besenzon.*
† *Signum Fratris Joannis S. Mariae de-emta.*
† *Signum Fr. Roberti de montanis.*
† *Signum Fratris Rodulfi de nant.*
† *Signum Fratris Dominici conversi.*
† *Signum Fratris Candolfi conversi.*
† *Signum Fratris Hugonis conversi.*

Datum averse per manum domini Gualterii Abbatis Anno Dominice Incarnationis M.C.XL.III. mense Decembri Indictione VII.

VII.

Catanensis Electus petente Rege Rogerio concedit Regiae Capellae tertiam partem decimarum Castrijoannis et Aydonis.

A. 1145.

Dudum ego J. (1) Cathaniensis electus solito de more praesenteCuria ante conspectum majestatis Domini nostri R. Regis gloriosissimi pro agendis negotiis Ecclesiae Cathaniensis praesentibus quibusdam honestissimis et religiosissimis ejusdem Ecclesiae Monachis, astitissem: idem Dominus noster Rex magnificus juxta antiquam Magnatum Regni sui consuetudinem, quam ipsi de ternariis terrae suae dandis, Cappellanis suis antiquitus habuere, petiit, quod Ecclesia Cathaniensis, quantum ad eam spectat, id juris, idque consuetudinis, quod Barones sui, ut praefatum est, possident, ei suisque haeredibus concederet (2). Quod quia justum, et rationabile consilio praesentium fratrum communicato, esse cognovi, juste digneque petitioni tanti Regis adquiescere dignum duxi. Reversus igitur ad matrem meam Ecclesiam universis fratribus congregatis praefatam Domini nostri Excellentissimi Regis peticionem attentius insinuavi, cui fratrum universitas consulta ratione communem praebuit assensum: haec itaque supradicta tam ego, quam universi fratres nostri aequanimiter volumus et Domino Regi suisque heredibus in perpetuum habere concedimus, et hoc scripto nostro confirmamus, sicut in praesenti subscripto dispositum, et stabilitum continetur. Dispositum autem pariter, et stabilitum est in presentia Domini Regis inter Ecclesiam Cathaniensem et Capellanos Domini

(1) *Dudum ego J. Cathaniensis)* Non est cur ambiges cum Pirro aliisque, legendum ne sit *Joannes*, vel potius *Julianus*. *Joannes* etiam habet Inventarium monumentorum R. Capellae confectum anno 1309 quod suo loco dabimus.

(2) *Ei suisque heredibus concederet)* Cum Rex Rogerius decimas a Terrariis jussit Episcopis suppeditari, seclusit tertiam partem decimarum, quae suis Capellis earumque ministris inserviret. Eadem ratione voluit ut Regia Capella de decimis quas regia curia pendebat Episcopis, tertiam quoque partem reciperet. Sicut autem non jubendo sed obsecrando Episcopos hoc fecit, Electus Cataneusis Regi sua vota expromenti annuit cum Canonicorum consensu, et tertiam partem decimarum Castrijoannis, et Aydonis Palatinae Capellae canonicis tribuit. Consule Di Chiara *De Cap. Reg. app. alt.* p. 40.

Regis (3) de Civitate Castrijoannis et ejus pertinentiis, de beneficiis, quae ipsis Cappellanis jure pertinent. Videlicet de omnibus decimis, et Terris Baronum Castella non habentium, ut de omnibus supradictis, praefati Capellani habeant tertiam partem exceptis omnibus oblationibus mortuorum, et offerendis, quas Ecclesia Cathaniae debet habere, de quibus sua perficiantur servitia: preter illas, quas Capellani Domini Regis habituri sunt de Balio, et Lombardia, quae sunt de Capella Castelli, que retinet ad serviendum Cappellao Castelli sub quorum cura, et providentia ipsa Capella est: de Adona (4) siquid sic ordinatum est, quod Capellani Domini Regis habeant tertiam partem omnium decimarum Adonae pertinentium; et Ecclesia Cathaniensis reliquas duas partes et offerendas omnes tam vivorum, quam mortuorum tali conditione, quod a Cappellanis Domini Regis nichil requirant, sed quietos, liberos, et absolutos dimittant absque omni servitio. Ut autem haec supradicta nulli Successorum nostrorum deinceps liceat immutare, Cathaniensis Ecclesiae, fratrumque auctoritate corroboramus, et ejusdem sigillo signamus. Actum Panormi in mense Junio anno Domin. Incarnat. M.C.XLV VIII Indict. Regni vero magnifici, et gloriosissimi Domini Regis Rogerii Dei gratia Regis Siciliae, Ducatus Apuliae, et Principatus Capuae anno quintodecimo feliciter, Amen.

(3) *Capellanos domini Regis)* Nuncupabantur olim Regis Capellani, quos nunc Canonicos Regii Palatii appellamus, et sane ii tertiam hanc decimarum partem ad Claramontanorum usque tempora habuere.

(4) *Adona)* Oppidum est dioecesis Catanensis nunc Aydonum.

VIII.

Epistola Encyclica Wilelmi Patriarchae Hierosolimitani de Inventione Reliquiarum S. Joannis Baptistae (1).

A. 1146.

Wilielmus Dei gratia Sanctae Hierusalem Patriarcha dilectis in Domino Archiepiscopis, Episcopis omnibus, Sanctae Matris Ecclesiae Prelatis, et Filiis salutem, et Patriarchalem benedictionem.

Vox letitiae, et exultationis facta in terra nostra, per quam via vitae reserabitur, et peccatorum venia Divina nobis Clementia largietur: Ideo gaudete in Domino, iterum dico gaudete.... et exultationis jucunditas nota sit vestrae charitati. Siquidem super nos oculos suos advertit, quae sperantes in se non derelinquit Divinae..... suae miserationis per viscera visitavit Nos oriens ex alto. Mirabilis enim thesaurus a saeculo absconditus a Nobis, et Fratribus nostris..... Christianis licet indignis operante Domino est inventus. Praecursoris etenim Domini, et Martyris Beati Joannis Baptistae (2) Sacrosanctae Reliquiae a Juliano Apostata cum apud Samariam venissent igni traditae, et in ventum projectae, postmodum autem a quibusdam fidelibus, qui interfuerunt, debita cum devotione cum carbonibus fuerunt undique collectae, et in argentea theca repositae, a No-

(1) Hoc instrumentum membranae, ex authogr. retulit Dom. Scavo in *Opusc. Sic.* vol. IX, p. 103.

(2) Eruditissimus Paulus Pacciaudius qui de cultu S. Joannis Baptistae disseruit, et reliquias Praecursoris Domini igni traditas fuisse ab impio apostata Juliano scripsit, hanc Inventionem Hierosolymis extremo vitae anno Wilelmi Patriarchae penitus ignoravit: Vide in Op. ejus dissert. VI, c. 9.

bis licet indignis sunt repertae. Super haec dilectissimi vos nequaquam dubitare volumus, sed certis indiciis de probatissimis argumentis ostendere cupimus. Nam in praefata theca ossa adhuc semiusta apparere, et cum carbonibus, et pulvere praedictas Reliquias jacere testificamus. Reliquias etiam S. Helisei Prophetae, et Abdiae, multorumque Prophetarum, et Patriarcharum, ut credimus, cum Beati Joannis Baptistae reliquiis reperiri. Prae gaudio itaque tantae beatitudinis diem solemnem Nonas Maii constituimus, et in spe divinae Clementiae, et fiducia Beati Joannis Baptistae, et aliorum Prophetarum, relaxatione poenitentiarum unius anni omnibus cum devotione, et poenitentia locum ipsum visitantibus, et fraternitatem Ecclesiae recipientibus concessimus. Monemus autem hinc, et obsecramus in Domino, quatenus restaurandae Praecursoris Domini Ecclesiae vestrae charitatis abundantia subveniat, ut cum in districto examine deferretur anima nostra in visione, sua intercessione gloriosa collocet. Omnibus vero ad locum eumdem in tribus festivitatibus praedictae, scilicet Inventionis, Nativitatis, Decollationis devote convenientibus, et ad restaurandam Ecclesiam beneficia sua conferentibus de Dei auctoritate, et Praecursoris Domini intercessione confisi, quadraginta dies injunctae poenitentiae condonamus.

Facta est haec inventio anno ab Incarnatione Domini MCXLVI.

IX.

Instrumentum venditionis domus factae S. Mariae de Admirato.

A. 1146.

† Σίγνον χειρὸς Νικήτυ συνβίυ Νικολάυ

† Σίγνον χειρὸς Ἰωάννυ υἱῦ Νικολάυ

† Σίγνον χειρὸς Τεοδώρυ υἱῦ Νικολάυ

† Σίγνον χειρὸς Νικολάυ υἱῦ Ευγενίυ τῦ Αμήραδος

† Σίγνον χειρὸς Αγνῆς μοναχῆς θυγατρὸς Ευγενίυ τῦ Αμήραδος

† Σίγνον χειρὸς Στεφάνυ.........

† Σίγνον χειρὸς Ελένης θυγατρὸς Νικολάυ

† Ημεῖς οἱ διὰ τῶν οἰκείων ὑπογραφῶν καὶ σίγνον δηλύμενοι, τὴν παρῦσαν ἐγγραφὴν καὶ ἐνυπογραφὴν, καὶ βεβαίαν πρᾶσιν τιθέμεθα καὶ ποιῦμεν ἑκυσία ἡμῶν τῇ προαιρέσει χωρὶς τινὸς βίας ἢ ἀνάγκης τῦ δηλαθησομένου οἴκυ καὶ τῦ πλησίον αὐτῦ στάυλυ ποτὲ καὶ ἐρειποτοπείυ

† Signum manus Nicetae uxoris Nicolai.

† Signum manus Joannis filii Nicolai.

† Signum manus Theodori filii Nicolai.

† Signum manus Nicolai filii Eugenii Admirati.

† Signum manus Agnetis Monialis filiae Eugenii Admirati.

† Signum manus Stephani.......

† Signum manus Elenae filiae Nicolai.

Nos (1) per proprias subscriptiones, et signa manifesti facti praesentem scripturam, et astipulationem, et firmam venditionem constituimus, et facimus, voluntaria nostra electione, absque ulla vi, vel necessitate dicendae domus, et stabuli prope ipsam, et *eripotopii* (2)

(1) *Nos)* Hoc diploma e membranis asservatis in Regio Sacello interpetravit Salv. Morso, quod nos prout ipse editum reliquit in suo opere *Palermo antico* p. 313, num. 3, huc retulimus.

(2) *Eripotopii)* Puto ex hac voce locum esse indicatum in quo fuerunt domus dirutae Zoae; verbum enim compositum ex ἐρείπω *everto* et τοπεῖον a τόπος *locus* hoc idem vult significare.

τοῦ χρηματίζοντος ποτὲ εἰς οἰκήματα πέντε γνωριζόμενα. τὸ μὲν ἐν τοῦ Φάτορος, τὸ δ' ἄλλον τοῦ Γελάψου Τεμμὲμ καὶ τὸ ἄλλον τοῦ Βοράλλο, καὶ τὸ ἄλλον τοῦ υἱοῦ Μαυχάϊρες καὶ τὸ ἄλλον τοῦ Γελαχοῦ Σέβα τοῦ ἰουδαίου. πρὸς ὑμᾶς τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς τοῦ θείου καὶ σεβασμίου ναοῦ τοῦ ἐν τῇ Πανόρμῳ. ὃν ἐκ βάθρων ανήγειρεν ὁ πανυπέρτιμος Ἄρχων τῶν Ἀρχόντων καὶ Αμήρας τῶν Αμηράδων Κύριος Γεώργιος ἐπ' ὀνόματι τῆς πανάγνου θεομήτορος. ἐπεὶ γὰρ συνέβη τελευτῆσαι ζωὴν τὴν θυγάτρα τοῦ ἀποιχομένου θεοδικ......... υ υἱοῦ τοῦ μακαριωτάτου Κυρίου Ευγενίου τοῦ Αμήραδος ἄπαιδα καὶ ἀδιάθετον. ἥρμοσε δὲ ἡ ταύτης διαδοχὴ καὶ κληρονομία ἐμοί τε τῇ (μα)μμῇ αὐτῆς Νικητῷ καὶ ἡμῖν τοῖς τε πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς θείοις αὐτῆς καὶ θείαις τῷ Ιωάννῃ, τῷ Θεοδώρῳ, τῷ Στεφάνῳ, καὶ τῷ Κυρίῳ Νικολάῳ. ἔτι δὲ τῇ Ελένῃ καὶ τῇ μοναχῇ Αγνῇ. καὶ ἐμέλλομεν διανέμασθαι πρὸς ἀλλήλους τὴν οὐσίαν ἐκείνης ἅπασαν ὅση τε ἐν ἀκινήτοις καὶ ὅση ἐν κινητοῖς καὶ αὐτοκινήτοις τεθεώρηται, ἵνα καὶ τῆς ψυχῆς ἐκείνης φροντίδα ποιήσωμεν καὶ τῶν μνημοσύνων. διὰ τοῦτο κοινῇ γνώμῃ καὶ διασκέψει εἰς διάπρασιν τῶν οἰκημάτων ἐκείνης καὶ τοῦ στάυλου καὶ τοῦ (ἐριπ)οτοπείου τῶν πλησίον τοῦ προδηλωθέντος θείου ναοῦ τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου ἀπείδομεν, καὶ δὴ κοινολογησάμενοι ὑμῖν τοῖς κληρικοῖς τῷ Θεοδώρῳ τῷ Νικολάῳ τῷ Κωνσταντίνῳ καὶ τοῖς λοιποῖς τὰ περὶ τῆς ἐξωνήσεως τούτων ὡς πλησιασταῖς εὕρομεν ὑμᾶς προθυμουμένους ἐξωνήσασθαι ταῦτα ἐκ τῶν προσόδων τῶν ἀφιερωθέντων ἀκινήτων τοῦ τοιούτου θείου ναοῦ παρὰ τοῦ μνημονευθέντος κτήτορος. διὰ τοῦτο καὶ ὑπεμνήσατε τὰ περὶ τῆς ἐξωνήσεως τούτων τῷ κτήτορι ὁ δὲ ἐπιτρέψεν ὑμῖν ἀκωλύτως ποιήσασθαι ταῦτα. καὶ ἐπεὶ περιέστη ἐκ κοινῆς ἀρεσκείας ἡ ποσότης τοῦ τιμήματος τῶν πιπρασκομένων ὡς εἴρηται ἀκινή-

distincti aliquando in quinque domos dictas una quidem Phatoris, aliam vero Gelapsi Temmem, et aliam Boralli, et aliam filii Mavchaires, et aliam Gelapsi Seba Judaei; vobis religiosissimis Clericis divini, et augusti Templi, quod est Panormi, quod ex fundamentis erexit honoratissimus Nobilium Nobilis, et Admiratus Admiratorum Dominus Georgius in nomine purissimae Deiparae. Quoniam enim accidit obiisse Zoam filiam defuncti Theodici...... filii beatae memoriae Domini Eugenii Admirati absque filiis, et intestatam; convenit vero hujus successio, et haereditas mihi aviao ipsius Nicetae, et nobis patruis, et avunculis, amitis, et materteris ipsius Joanni, Theodoro, Stephano, et domino Nicolao, insuper et Elenae, et Moniali Agneti, et divisuri sumus inter nos omnem substantiam ejus, quanta et in immobilibus, et quanta in mobilibus, et in animantibus conspicitur, ut et illius animae curam suscipiamus, et earum rerum, quae illius memoriam excitant: ideo communi sententia, et deliberatione ad venditionem domorum ejus, et stabuli, et (erip)utopii, quae sunt prope praedictum divinum Templum (3) sanctissimae Dei genitricis animum intendimus, et cum tractassemus vobiscum Clericis Theodoro, Nicolao, Constantino, et reliquis de horum emptione, veluti vicinissimis, invenimus vos promptos ad emendum haec ex redditibus immobilium hujus divini templi, ei oblatorum a memorato possessore. Quapropter et notum fecistis possessorem de horum emptione, qui permisit vobis libere haec fieri; et quoniam constituta est ex communi sententia quantitas pretii rerum immobilium, quae venduntur, ut dictum est, pro tarenis auri mille impressionis *(monetae signatae)* potentis, et sancti

(3) *Quae sunt prope praedictam)* Hae domus Zoae utpote juxta Capellam D. Mariae de Admirato, veteris urbis regionem occupabant in qua, ut memoriae prodidit Falcandus » tertia erat via quae ab aula regia ad aedes Silvestri Comitis, et Capellam Regii Admirati porrigitur, et inde ad propinquam urbis partem obliquata deflectitur. » *De Calamit. Sicil.*

των εἰς ταρία χρυσῦ χίλια τῆς χαραγῆς τῦ κρατίας καὶ ἁγίου ῥηγὸς ἰδοὺ την παροῦσαν ἔγγραφην πρᾶσιν ἐκτιθέμεθα πρὸς ὑμᾶς τους δηλωθέντας κληρικους και δὶ ὑμῶν πρὸς τον δηλωθέντα ναον. δὶ ἧς πιπράσκομεν τὰ δηλωθέντα οἰκήματα τῆς ἀποιχομένης καὶ προδηλωθείσης ζωῆς ὅλα ἐξ ὁλοκλήρου καθως περιορίζονται μετὰ πάντων τῶν δικαίων αὐτῶν καὶ προνομιων. καὶ ὀφείλει λοιπὸν ἀπὸ τῆς σήμερον δεσπόζειν τῶν τοιούτων ἀκινήτων ὁ ῥηθεὶς θεῖος ναός. ὀφείλομεν γὰρ διαφενδέυειν αυτὰ (κατα) τὴν καθολικὴν τῦ νομου διαφενσίονα ἀπὸ παντὸς προσώπου ἐκκλησιαστικοῦ ἀρχητικοῦ τέ και ἰδιοτικοῦ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ δημοσιου δεδώκατε δὲ καὶ ἡμῖν πᾶσιν τοῖς πράτοις τὸ προγραφὲν τίμημα τα χίλια τοῦ χρυσοῦ ταρία. ἡμεῖς δὲ ἀπεδώκαμεν ὑμῖν τοῖς κληρικοῖς καὶ τα δικαιώματα ἅπαντα τῶν διαπραθέντων οἰκημάτων. οὕτως.....α(ρεσθέντες τὴν τοιάυτην πρᾶσιν ἐκθέμενοι ὀφείλομεν στέργειν καὶ ἐμμένειν αὐτῇ μετὰ πάντων τῶν κληρονόμων καὶ διαδόχων ἡμῶν. καὶ μὴ δυνάμεθά τε πρὸς ἀνατροπὴν ταύτης χωρεῖν μερικῶς ἢ καθ' ὅλου ἐξ οἵας δὴ τινὸς αἰτίας μήτε μὴν ἀναργυρίαν προβάλλεσθαι εἰ γάρ δη βουλήσωμεν τοιοῦτον τὶ ποιῆσαι. οὐ μόνον οὐκ εἰσακουσθησόμεθα ἀλλ' ἐκ ψιλῆς καὶ μο(νης) ἐπιχειρήσεως ὑποπεσόμεθα δόσειν πρὸς τίμητου ἐξ ἐπερωτήσεως πρὸς ὑμᾶς τοὺς κληρικοὺς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ δηλωθησομένου θείου ναοῦ καὶ τὸν ναὸν χρυσοῦ ταρίων δισχιλίων. πρὸς δὲ τὸ βασιλικὸν βεστίον τὸ τρίτον τούτων πρὸς τῷ καὶ οὕτως ἐρρῶσθαι τὴν παροῦσαν πρᾶσιν καὶ μένειν βεβαίαν καὶ ἐρρωμένην. τὰ δὲ γνορίσματα τῶν διαπραθέντων ἀκινήτων ἔχουσιν οὕτως. το ἀνατολικὸν ἕως οἴκου Βουσέχελ τοῦ ἰουδαίου υἱοῦ Βουρρίπχ τὸ μεσημβρινὸν ἕως τοῦ τείχεως τοῦ παλαιοῦ ἄστεως τὸ δυτικὸν ἕως οἴκου τοῦ υἱοῦ Βουσιλίνου καὶ τὸ ἀρκτῷον ἕως τῆς ὁδοῦ τῆς........ καὶ ἐν ταύτης αἱ εἰσοδοέξοδοι αὐτῶν ἔγγραπται

Regis (4), ecce praesentem, in literas relatam, venditionem fecimus vobis dictis Clericis, et per vos dicto Templo, per quam vendimus dictas domos praedictae defunctae Zoae totas ex integro, sicut suis limitibus circumscriptae sunt cum omnibus juribus ipsarum, et privilegiis: et debet reliquo, ex hac die, tempore potestatem habere horum immobilium dicta divina Ecclesia. Debemus quidem ipsam defendere juxta universam legis defensionem ab omni persona ecclesiastica in dignitate constituta, et idiota, et ab ipso fisco: dedistis autem et nobis omnibus venditoribus suprascriptum pretium, mille tarenos auri; nos vero dedimus vobis Clericis jura omnia venditarum domorum. Sic aequo animo talem venditionem cum fecissemus, debemus acquiescere, et permanere in ipsa cum omnibus haeredibus, et successoribus nostris, neque possumus ad eversionem ejus venire ex parte, vel ex toto, ex quacumque causa, neque quidem pecuniae deficientiam objicere. Si enim voluerimus quid tale facere, non solum non erimus exaudiendi, sed ex nuda, et sola aggressione subjiciemur ad dandum pro mulcta, cum postulaveritis, vobis Clericis, pro tempore existentibus, dicti divini Templi, et Templo tarenos bis mille auri, regiae vero *Camerae seu Fisco* tertiam partem horum, ut sic corroboretur praesens venditio, et maneat firma, et roborata. Divisae vero venditorum immobilium hae sunt. Pars orientalis usque ad domum Busechel Judaei filii Burripch. Pars meridionalis usque ad murum veteris civitatis. Pars occidentalis usque ad domum filii Busilini, et pars septentrionalis usque ad viam..... et ex hac introitus, et exitus ipsorum. Scripta est praesens scriptura ex impulsu sacratissimi Protopapae (5) civitatis Pa-

(4) *Impressionis potentis Regis)* Monetae sepius indicabantur a signo Regum quod eas cudendo impressum fuerat; ita in alio Instrum. an. 1138 Ecclesiae Panormitanae dicitur » pro tarenis annuis sexaginta monetae magni Imperatoris ac Regis nostri Rogerii. »

(5) *Sacratiss. Protopap.)* Clerus graecus ita parebat Protopapae constituto, ut etiam publica instrumenta signare, conventiones conficere absque ejus licentia vel auctoritate nequiret.

τῇ προτροπῇ τοῦ ἱερωτάτου τοῦ ἀπαπᾶ πόλεος Πανόρμου Κυρίου Βασιλίου χειρὶ Κωνσταντίνου εὐτελέος ἱερέως ἐν μηνὶ......εμβρίου ἰνδικτίωνος ῑ τοῦ ϛχνε ἔτους.

† ὁ εὐτελὴς ἀπαπᾶ πόλεος Πανόρμου Βασίλιος ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

† Ἰωσὴφ εἰ καὶ ἀνάξιος ἱερεὺς τῆς ἁγίας ἀγάθης μαρτὺρ ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

† Κωνσταντίνος εὐτελὴς ἱερεὺς μάρτυρ ὑπέγραψα.

† Ἰωσὴφ υἱὸς Νικολάου τοῦ λεόντος μάρτυρ ὑπέγραψα.

† Γρηγόριος εἰ καὶ ἀνάξιος εὐτελὴς ἱερεὺς μάρτυρ ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

† ὁ εὐτελὴς Αχνεῖλος ὁ δοξαπατρὸς καὶ αὐτὸς μάρτυρ ὑπέγραψα.

† Ἀβράμιος εἰ καὶ ἀνάξιος ἱερεὺς τῆς ἁγίας Βαρβάρας μάρτυρ ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

† ὁ εὐτελὴς Λέον καὶ ἱερεὺς τοῦ ἁγίου Νικολάου Βαρκ....μάρτυρ ὑπέγραψα.

† Ἰω(αννης) εἰ καὶ ἀνάξιος ἱερεὺς τοῦ ἁγίου Δημητρίου μάρτυρ ὑπέγραψα.

† ὁ εὐτελὴς ἱερεὺς Νικηφόρος μάρτυρ ὑπέγραψα.

† ὁ τοῦ ἄρχοντος τῶν ἀρχόντων υἱὸς Νικόλαος μάρτυρ ὑπέγραψα.

† κἀγὼ Θεόδι(κος) εὐτελὴς ἱερεὺς μάρτυρ ὑπέγραψα.

† Ἀνδρέας Βαρκ........ ὁ ἄρχων ῑ h πολέος πανόρμου μάρτυρ ὑπέγραψα.

normi Domini Basilii, manu Constantini humilis sacerdotis meose ....embris indictionis decimae an. 6655 (6).

† Humilis Protopapa civitatis Panormi Basilius subscripsi propria manu.

† Joseph, etsi indignus, Sacerdos Sanctae Agathae testis subscripsi propria manu.

† Constantinus humilis Sacerdos testis subscripsi.

† Joseph filius Nicolai f. Leonis testis subscripsi.

† Gregorius, etsi indignus, humilis Sacerdos testis subscripsi propria maou.

† Humilis Achnilus f. Gloriapatris, et ipse testis subscripsi.

† Abramius, etsi indignus Sacerdos Sanctae Barbarae testis subscripsi propria manu.

† Humilis Leo, et Sacerdos Sancti Nicolai Barc...... testis subscripsi.

† Joannes, etsi indignus Sacerdos Sancti Demetrii testis subscripsi.

† Humilis Sacerdos Nicephorus testis subscripsi.

† Nobilium Nobilis filius Nicolaus testis subscripsi.

† Et ego Theodicus humilis Sacerdos testis subscripsi.

† Andreas Barc..... Nobilis i. h. civitatis Panormi testis subscripsi.

(6) *6655)* Anno Domini 1146.

X.

Commutatio domus Cantoriae cum domo Ansaldi Regii Palatii Castellani.

A. 1167.

In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Anno, Mense, et Indictione subscriptis.

Nos regii familiares subscripti asserimos et presenti scripto declaramos quod Eutropius Regie Cappelle Cantor et oniversi Canonici ejusdem Cappelle deliberaverunt cum Ansaldo Sacri Regii Palatii (1) Castellano de quibusdam domibus alterutrum sicnt iosferius scriptum est coommutandis. Erat enim domus quedam pertinens Cantorie contigua domibus predicti Ansaldi quae est intus chalca (2) quam Simon Cantor predecessor ipsius Eutropii tenuerat io vita sua, et post eom Eutropius ipse erat eam habiturus, quae videlicet est domus Cantorie: qoaoto usibus jam dicti cantoris erat minus acta tanto ipsius Ausaldi domibus erat vicinitate commodior. Ansaldus vero possidebat domum quam emerat ab Aveoella dicta Petralia intus in eadem chalca quae erat looge melior carior et major ea et aptior osibus prefati cantoris. Et quoniam eorum quisque majorem ex hac commutatione ntilitatem sperabat, placuit utique dicto hoc eodem negotio nostros Regios familiares consulere, et quoniam sperabant utilitatem aperire. Cujus scilicet commutationis ntilitatem attendente desiderium utriusque partis Domino nostro gloriosissimo Regi W. et ejusdem Matris Gloriose Regine exposuimus diligenter. Providcotia itaqne Regie dignitatis suorum fidelium oportunitatem optatam considerans et cappelle sue commodum et utilitatem perpendens concessit libere fieri qood petebant. Facta est igitur hujusmodi commutationis Regia concessione traditio, ita quod Ansaldus prefatam domum suam cum suis justitiis omnibus tenimentum jam dictorum Canonicorum pro parte Regie Cappelle perpetuo tradidit possidendam. Et Eutropius cum ceteris Caoonicis prefatam domum cantorie cum ejusdem justitiis omoibus tenimentum assignaverunt prefato Ansaldo. Ea videlicet conditione ut tam ipse Ansaldus quam ejus heredes semper eam possideant libere et faciant ex ea quidquid voluerint absque alicujus molestatioue, vel contrarietate. Sunt autem domus ipse his subscriptis finibus terminate. Domus que fuerat cantorie (3) ex uno latere jungitur Ecclesie Saocte Barbare, ex alio vero latere juncta est Ecclesie Saocte Marie qne dicitur Picta. Domus vero que fuerat Ansaldi iotus inchalca concloditur illius finibus que contiuentur iu carta venditionis quam Ansaldus habuit ab Avenella et dedit eam Eutropio jam dicto cantori. Ut autem hujus concambii Regia coocessione facta commutatio perpetuam obtineat firmitatem duo si-

(1) *Sacri Regii Palatii)* In pluribus privilegiis nostrorum principum, *Sacra* et *Sacratissima* passim inscribuntur palatia, ex antiquissimo more Principum Longobardorum, ut perhibet Ughellius in *Italia Sacra*.

(2) *Quae est intus chalca)* Vox saracenica a scriptoribus passim deformata in *Halga*, *Halca*, *Jalca*, et a Fazello *Yhialca*. Juxta P. Cascini interpretationem *altum eminens* significat. Magna enim erat area muro undique circumsepta in eminentiori urbis loco, quae sinistrorsum a Palatio ad *Papiretum* usque ab urbis moenibus cingebatur.

(3) *Domus quae fuerat Cantorie)* In ambitu chalce erant Ecclesiae domui Cantoris finitimae; ex hoc appellabantur *S. Barbara de chalca* etc. Consule Fazellum dec. 1, l. 8, p. 330.

milia scripta per manus Sanctorii Regii Notarii fieri precepimus et ea placuit auctoritatis nostre testimonio roborari. Quorum unum in thesauro Cappelle Regie repositum est, alterum vero datum est ipsi Ansaldo. Anno Incarnationis Dominice MCLXVII, Mense Martio, Indictione quintadecima, Regni vero domini nostri W. Dei gratia gloriosissimi et invictissimi Regis Sicilie, Ducatus Apulie, et Principatus Capue Anno primo feliciter. Amen.

† *Matheus domini Regis Magister Notarius et familiaris.*
† *Gaytus*(4) *Ricon domini Regis Magister Camerarius et familiaris.*
† *Ego Eutropius Regie Cappelle Cantor testis sum.*
† *Ego Roboaldus*(5) *Regie Cappelle Canonicus subscripsi.*
† *Ego Girardus Regie Cappelle Subcantor testis sum.*
† *Ego Falcus Regie Cappelle Canonicus testis sum.*
† *Ego Balduinus Regie Cappelle Canonicus testis sum.*
† *Ego Henr. Marcellus regie Cappelle Canonicus testis sum.*
† *Ego Gaytus Maranus Domini Regis Magister et familiaris.*
† *Ego Gualterius*(6) *Decanus Agrigentinus, et Canonicus Regie Cappelle.*
† *Ego Petrus Indub. et Thesaurarius.*

(4) *Gaytum)* Militaris officii nomen apud Saracenos idem valens quod *speculator*, *excubator*, *custos*, vel *dux* Castri et Oppidi. *Cangius* v. *Caytus*. Apud Nortmannos Cayti erant custodes sive duces Castrorum oppidorumve.

(5) *Roboaldus)* Hic an. 1168 ad Amalphitanum episcopatum assumptus fuit. Ughel. *It. Sacr.* l. 7, p. 204.

(6) *Gualterius)* Ophamilius anglus anno 1169 Archiepiscopus Panormitanus consecratus. Pirri *Not. Eccl. Pan.*

XI.

Venditio domus facta a Roberto Maniscalco Electi Syracusae, Christodulo, et Sitelchusan (1).

A. 1169.

† σήγνον χηρὸς χριστοδύλυ ὑιὸς Βυσέτυ
† σήγνον χηρὸς σητελχύσαν Ͽηγατέρος Πέτρυ καστρονόπυ

σίγνον χειρὸς χριστοδυλυ ὑιὸς Καλυ

Ἡμεῖς οἱ ὁμόζυγες Αβδεσσεῖτ καὶ Σιτελχῦσαν οἱ ἀνωτέρως ἰδιοχείρως τὸν τύπον τῦ τιμίυ καὶ ζωοποίυ σταυρῦ καθυποργράψαντες ὁμολογῦμεν ἡδίᾳ ἡμῶν βυλῆ καὶ ἑκυσίᾳ προαιρέσει χωρὶς δόλου καὶ χλέυης ἡ ῥαδιυργίας καὶ πάσης ἀλ-

† Signum manus Christoduli filii Buseti.
† Signum manus Sitelchusan filiae Petri de Castro novo.

Signum manus Christoduli filii Calc.

Nos Abdesseit (2) et Sitelchusan jugales, qui supra propria manu signum venerabilis, et vivificantis Crucis subscripsimus, profitemur, quod proprio nostro consilio, et voluntaria electione, absque dolo, et fraude, et illusione, et omni

(1) Hoc instrumentum graece scriptum latinitate donavit Salv. Morso *Palermo antico* p. 383, num. 14.

(2) *Abdesseit)* Nomen arabicum idem sonans graece quod χριστοδύλος, *Christodulus*, ex quo intelligitur unam eademque personam interfuisse in hac venditione.

λης ἀπηγορευμένης αἰτίας ἢ βείας· ἀλλ' ἀνεῤῥωμένως μὲ τῷ νοὶ καὶ λογισμῷ ἐγινώντες μετὰ παντὸς θελήματος πεπράκαμεν πρὸς σὲ ῥόμπερτον τὸν μανισκάλκον τοῦ τιμιωτάτου ὑποψηφίου τῆς σιρακούσης τον ἡμέτερον προκείμενον οἶκον τὸν ὄντα ἐν τῇ ὁδῷ..... ῥομπέρτου υἱοῦ καλφούνου διὰ ταρία ἑπτακόσια κοκκου ἄ ἄτινα καὶ ὁμολογοῦμεν ὡς ὅτι ταῦτα τὰ ἑπτακόσια ταρία ἀνελάβομεθα παρὰ σοῦ τέλεια καὶ ἀνελλιπῆ παρεδώκαμέν σοὶ τὸν τοιοῦτον οἶκον καὶ τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν καὶ πεποιήκαμέν σοὶ ἐκ τούτου ταύτην τὴν τελείαν διάπρασιν τῷ ἐπεξουσίως ἔχειν σεαυτον εἰς τελείαν νομήν, καὶ κυριότητα ποιεῖν ἅπαντα εἴ τι καὶ βούλη. εἰσὶν οὖν τὰ ὁροθέσια αὐτοῦ οὕτως τὸ ἀνατολικὸν αὐτοῦ σώζει μέχρι οἴκου βουτίνου τὸ νότιον αὐτοῦ ἕως οἴκου βουπταΐπου τὸ δυτικὸν μέχρι τῆς ῥύμης.... δι' ὃ εἰσοδοέξοδος αὐτοῦ το βορεῖαν ἕως οἴκου τῆς χριστι(νῆς) καὶ συγκλήει. ὀικιώμεθα σοὶ τῷ ἀγορευμένῳ ῥομπέρτῳ ἐκ τούτου τὴν νομικὴν διεκδίκησιν ἀπὸ παντος προσώπου ξένου ὄντος καὶ ἰδίου ὅστις δὲ καὶ φανήσεταί ποτὲ καιρῷ ἢ χρόνῳ ἐκ τοῦ ἡμετέρου μέρους ἢ ἴδιος ἢ ἀδελφὸς ἢ συγκληρονόμος ὄχλεσιν ἢ ἀγωγὴν ἐπιφερόμενος πρὸς σὲ ἢ πρὸς διαδόχους οὗ ἕνεκα τούτου δικαιόμενοι ζημιωθήσονται. οἱ δ' αὐτοὶ ἡμεῖς τοῦτο βουληθέντες πρᾶξαι πρὸς παρακρουσμὸν τοῦ τοιούτου ἐγγράφου ἵνα ζημιώμεθα πρὸς σε τας τιμὰς καὶ ἀναλόγως ἐπὶ τὸ διπλοῦν καὶ εἰς δημόσιον νομίσματα λϛ' καὶ ηθ' οὕτως ἐῤῥώσθαι τὸ παρὸν ἔγγραφον ὡς γραπτὸν ἐπὶ τοῦ εὐσεβεστάτης βασιλείας τοῦ κρατιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν δεσπότου γουλιέλμου μεγάλου ῥηγὸς διὰ χειρὸς καλοῦ Κυρίου ταβουλαρίου μηνὶ μαρτίῳ τῆς ἰνδικτιῶνος β τοῦ ϛχοζ ἔτει ἐνώπιον μαρτύρων

† ὁ τοῦ νικολάου γαρτέφα υἱὸς φίλιππος μάρτυρ ὑπέγραψα.

† Ego Mag. Clarus testis sum

alia vetita causa, vel vi, sed firma mente, et deliberatione spondentes, cum omni voluntate, vendidimus tibi Roberto Maniscalco Reverendissimi Electi (3) Syracusae nostram.... domum existentem in via..... Roberti filii Chalfuni (4) tarenis septingentis grani unius, et profitemur, quod bos septingentos tarenos recepimus a te integros, et perfectos, et dedimus tibi illam domum, et ipsius dominium, et fecimus tibi ex hoc hanc perfectam venditionem, ad habendum libere temetipsum in perfectum jus, et potestatem faciendi, quodcumque velis. Confinia vero ipsius haec sunt Pars orientalis vadit usque ad domum Butini; pars australis usque ad domum Buptaipi; pars occidentalis usque ad vicum, ubi introitus et exitus ipsius; pars borealis usque ad domum Christianae, et clauditur divisa. Promittimus tibi dicto Roberto ex hoc legitimam defensionem ab omni persona extranea, et consanguinea. Quicumque vero apparebit aliqua occasione, vel tempore, ex nostra parte, vel consanguineus, vel frater, vel cohaeres molestiam, vel abductionem adducens tibi, vel tuis successoribus, hujus rei causa, judicatus multetur. Nos vero ipsi hoc volentes facere ad subversionem talis scripturae solvemus tibi poenas, et proportionaliter duplum, et Fisco numismata triginta sex; et sic confirmetur praesens scriptura, scripta tempore piissimi Regni potentis, et sancti nostri Domini Gulielmi magni Regis, per manum Cali Domini Tabellionis. Mense Martii, Indictionis secundae, Anni 6677 (5) coram testibus.

† Nicolai Gartefa filius Philippus testis subscripsi.

† Ego Mag. Clarus testis sum.

(3) *Electi)* Saepe occurrit in diplomatibus vox *electus* quae denotat Episcopum nondum confirmatum et consecratum, ὑποψήφιος enim *est Cleri, ac populi* ψήφοις *seu calculis electus in Episcopum, vel etiam in Abbatem, nec dum confirmatus, et consecratus.* Du Cange *Gloss. med. graec.*

(4) *Roberti filii Chalfuni)* In diplomate num. 11 relato fit mentio vici *epen Chalfun*, latine *filius Chalfuni*, unde putandum est ab haero hujus domus vicum appellatum fuisse *Chalfun.*

(5) *6677)* Anno Domini 1169.

+ Φώτιος ὑιός σχόλυ τῦ καλῦ μάρτυρ ὑπέγραψα ἰδιοχείρας

+ Θεόδωρος τῦ λέοντος τῦ χανζέρι ὑιός μάρτυρ

+ Βασίλιος ὑιός Θεοδώρυ μάρτυρ ὑπέγραψα

+ Eo petrus de Castro novo

+ أشهد انا سمعون ابن اندريه الرحام

+ βράκημος ὑιὸς ἰωσὴφ μάρτυρ ὑπέγραψα

+ Photius filius Scholi Cali testis subscripsi propria manu.

+ Theodorus filius Leonis Chanzeri testis.

+ Basilius filius Theodori testis subscripsi.

+ Ego Petrus de Castro novo.

+ Testor ego Simeon filius Andreae Arraham.

+ Bracemus filius Joseph testis subscripsi.

XII.

Venditio domus Joannis Medicis facta Kerbunae (1).

***A.** 1170.*

+ Ego iohs filius medicis
οἴγνον χειρὸς μαρίας συμβίυ αὐτῦ

+ Ego Joannes Medicis.
+ Signum manus Mariae uxoris ejus.

Ημεῖς οἱ ὁμοζυγεῖς ἰοάννης καὶ μαρία οἱ τὰ οἴγνα τῦ τιμίυ σταυρῦ ἰδιοχείρας ἀνωτέρας καθυπεγράψαμεν ὁμολογῦμεν ὡς ὅτι ἰδίᾳ ἡμῶν βυλῆ καὶ ἐκυσίᾳ προέρεσι χωρὶς δόλυ καὶ πάσης ἀπηγορευμένης ἀιτείας πεπράκαμεν πρὸς σε Κηρβύναν τὴν θυγατέραν Κήρβυ σικελίας τὴν ἡμετέραν χύτζραν τὸν ὀίκον τὸν μικρόν. τόν μέσον τῦ μεγαλυ ὀίκυ ἡμῶν τῦ πραθέντος καὶ τῦ ὀίκυ τῆς μητρος ἐμῦ ἰωάννυ τόν διακείμενον ἐν τῆ πολει πανόρμυ ἐις ῥύμην Κὲς διὰ ταρία τριακόσια. πεντίκοντα κόυκυ ᾱ καὶ ὁμολογῦμεν ὡς ὅτι ἀνελάβωμεν αὐτὰ τέλεια, καὶ ἀνελλάπη, παρεδώκαμεν τὸν τοιῦτον ὀίκον τόν λεγόμενον χύτζραν καὶ τὴν αὐτῦ πᾶσαν τελείαν διάπρασιν τὸ ἐπεξύσιον ἔχειν αὐτόν ἐις τελείαν, νομὴν καὶ κυριότητα καὶ ἐπὶ τέκνα τέκνων καὶ κληρονόμων σῦ ποιεῖν ἐι τὶ καὶ βύλῃ. ὀιειόμεθά σοί

Nos jugales Joannes, et Maria, qui signa venerabilis Crucis propriis manibus subscripsimus, profitemur, quod propria nostra voluntate, et voluntaria electione, absque dolo, et omni vetita causa vendidimus tibi Kerbonae filiae Kerbi Siciliae nostram *Chutzram* (2), domum parvam, quae est in medio magnae nostrae domus mei venditoris, et domus matris mei Joannis, sitam in Civitate Panormi, in via Kes (3), pro tarenis trecentis quinquaginta grani unius, quos profitemur accepisse a te integros, et perfectos, dedimus tibi illam domum, dictam *Chutzram*, et ipsius dominium, et (fecimus) ejus omnem perfectam venditionem, ad habendum libere ipsam in perfectum jus, et dominium, de filiis in filios, et haeredes tuos, faciendi quod-

(1) Exscripsimus Instrum. hoc ex interpretatione Salv. Morso *Palermo antico* pag. 387, num. 15.

(2) *Chutsram*) Arabica est denominatio hujus parvae domus ut innuit Morsus *oper. cit.* pag. 292.

(3) *In via Kes*) Incertum ubi fuerit via haec veteris urbis.

ἐκ τύτυ τήν νομικήν διεκδίκησιν ἀπό παντός προσώπυ ξένυ τέ καί ἰδίυ ὅστις δὲ καί φανήσεταί ποτέ χρόνῳ ἤ καιρῷ ἐκ τῦ ἡμετέρυ μέρυς ἴδιος ἤ ἀδελφὸι ἤ τέκνον ἤ συγκληρονόμος ὄχλησιν ἤ ἀγωγὴν ἐπιφερόμενος πρός σὲ ἕνεκεν τύτυ διὰ ἡμῶν ζημιωθῇ ἐι δ' αὖθις ἡμεῖς τῦτο βυλήμεθα πρᾶξαι πρὸς παρακρυσμὴν τῦ τοιύτυ ἐγγράφυ. ἵνα ζημιώμεθα πρός σὲ τὰς τιμάς καί ἀναλόγως ἐπὶ τό διπλῦν καί ἐις τό διμόσιον νομίσματα λϛ καί ἤθα ἐῤῥῶσθαι τό παρόν ἔγγραφον ὡς γραπτόν ἐπὶ τῆς ἐυσεβεστάτης βασιλείας τῦ κραταιῦ καί ἁγίυ ἡμῶν δεσπότυ γυλιέλμυ μεγάλυ ρηγός. διὰ κειρος Καλοίκυ ταβυλαρίυ μηνί ἀπριλίυ τῆς ἰνδικτιῶνος τρίτης τῷ ϛχοη ἔτει

† μαῖμον ὁ ὑιός Κάλυ μάρτυρ ὑπέγραψα τὸν τίμιον σταυρὸν †

† Ego Georgius filii nicolaus testes

† ἐυγένιος λέοντος μάρτυρ ὑπέγραψα κειρὶ †

cumque velis. Promittimus tibi ex hoc legitimam defensionem ab omni persona extranea, et consanguinea. Quicumque vero apparebit quocumque tempore, vel occasione ex nostra parte consanguineus, vel frater, vel filius, vel cohaeres, molestiam, vel abductionem adducens hujus rei causa propter nos multetur. Si vero nos hoc voluerimus facere ad subversionem talis scripturae, solvemus tibi poenas, et proportionaliter duplum, et Fisco nomismata triginta sex; et sic corroboretur talis scriptura, scripta tempore piissimi Regni potentis, et sancti nostri Domini Gulielmi magni Regis, manu Kalici Tabellionis. Mense Aprilis, Indictionis tertiae, Anni 6678 (4).

† Majmon filius Kali subscripsi venerabilem Crucem. †

† Ego Georgius filius Nicolai testis

† Eugenius filius Leonis testis subscripsi manu. †

(4) *6678)* Anno Domini 1170.

XIII.

Inquisitio confinium Casalis Sarane prope Misilmeri a Georgio Antioch. concessi Ecclesiae S. M. de Admirato (1).

A. 1172.

Κατά τὸν οκτοβρίον μήνα τῆς ενισταμένης ἰνδικτίωνος ϛ. τῦ ἐτύς ϛχπα. Εκ προστάξεως τῶν μεγαλεπιφανεστάτων καί θεοτιμήτων ἀρχόντων τῆς κραταίας κόρτης. τῦτε πανευγιωτάτυ καὶ πανευλαβεστατυ αρχιεπισκόπυ πολέος πανορμυ Κυρίυ Γαλτέρυ τυ αφαμιλίυ καί Κυρίυ Ματθέυ τῦ υπερτίμιυ αντικαγκελλαρίυ, καί κυρίυ Βαρθολόμευ τῦ τιμιωτάτυ καί θεοφιλε-

Mense octobris praesentis indictionis sextae an. 6681 (2). Ex mandato illustrissimorum, et a Deo honoratorum Procerum Potentis Curiae et sanctissimi, ac religiosissimi Archiepiscopi civitatis Panormi domini Galterii Aphamilii, et domini Matthaei honoratissimi vicecancellarii, et domini Bartholomei reverendissimi et Deo carissimi

(1) Hujus interpretatio instrumenti membranacei jacet in Mss. Salv. Morso e quibus in lucem edimus. Anthographus a tergo inscriptus invenitur, quem idem interpres e graeco latinum fecit.

(2) *6681)* Anno Domini 1172.

στάτυ υποψηφίυ αγραγάντης χώρας καί φαμιλίας ἀπηλθον ἐγὼ ἴοσφρες ὁ σακρετικός εἰς τό μινζηλμήρ πρός τό ἐξέτασαι τετραμέρας καί διαχορήσαι τά συνόρα τῦ χωρίυ σαράνη ὅπερ αφιέρωσεν ὁ ἐν μακαρία τηλήξει Κυρίος Γεώργιος ὁ Αμήρας εις τήν ευαγεστάτην ἐκκλησίαν αὐτῦ τῆς υπεραγίας καί πανταχάρτυ θεοτόκυ, εἰς δε τήν προρηθήσαν χώραν παραγενομένος μετά καί τῶν συνελθόντων μοί ἀξιολόγων ανδρῶν ὧν τά ὀνόματα κατωτέρας γραφήσονται μαλλον δε καί επι τοπίας ἤγυν ἐπελθεῖν εἰς τά ρηθέντα συνόρα τε καί χωράφια κατά τήν προρηθήσαν τῶν ρηθέντων θεοτιμήτων αρχόντων προστάξιν παραγενόμενοι ἐνώπιον ἡμῶν τὺς τῆς ρηθήσης χώρας μινζηλμήρυ γεροντας ηγαγωμεν, καί ἐρεννήσαντες αὐτὺς περί τῶν τοιύτων συνόρων πάντες ὡς ἐξ ἑνος στόματος ἔιπαν ἀκριβῶς ταῦτα ἐπίστασθαι καί εἰδέναι. διό καί τά συνόρα αὐτῶν ἔιπον εἶναι τάδε. ἀρχύνται απὸ τῆς πορτης σαράνη καί κατέρχυνται εἰς τά πηγάδια τὰ λέγομενα λαχυατ᾽ καί ἀποδίδυσιν εἰς τὸν ποτάμον διφλε καί κατέρχυνται τόν ποτάμον. ἕως τῆς λίμνης τῆι λεγομένης κέλλας ἀπό δε τῆς λίμνης τῆς λεγομένης κέλλας ἀποδίδυσιν εἰς τόν περαμόν τόν λεγομένον μιλγζε κακεῖθεν ὑποστρέφυσι τήν ὁδόν ὁδόν τῆς πανόρμυ ἀχρί τῦ ρυάκος βύγκες. κακείδεν αποδίδωσιν εἰς τόν μαυρὸν λιθόν καί ἀνέρχονται τὴν χέτην χέτην ἕιος τῆς πηγῆς κάμπυνε. καί ἀποδίδωσιν εἰς τὴν παλαίαν ἐκκλήσιαν εὡς τῆς μηλεας τῆς λεγομένης χαρύβας. Κακεῖθεν ἀποδίδωσιν ἔις τὸν λιθὸν τῆς κυκυβάγιας. καί ἀπέρχονται τὴν χέτην χέτην ἕως τῦ τόπυ τῦ λεγομένυ ελπβεπβέρικ, καί συγκλείυσι. τά δὲ τῶν γερόντων ὀνόματα τῶν τά τοιαῦτα σινόρα τῶν τοιύτων χοραφίων ποιήσαντων εἰσίν τάδε. ἐμπρῶτοις βυταῖπος ὁποτὲ βεσκόμος. καὶ φιλιππος βεσκόμος καὶ νικολάος υἱος γεννάκυ καί βασιλίος πβυσα ο βεσκόμος καί ἰωάννης επενχακ καὶ ὁ ἀγαρήνος ἴωσηφ ὁ ἐπενσυρακύσης. τό δ᾽ αυτως καί δί συνευρεθέντος μοὶ ἐν τῶ αυτῶ τόπω αξιολογοι ἀνθρόποι ἐισὶν ἤτοι ὁ Κυρίος ἰωάννης ὁ τῦ προρηθέντος κυρίυ γεωργίυ μεγάλυ αμήραδος υἱος. καὶ ὁ κυρίος νικολάος

electi Terrae Agrigentinae ac populi veni ego Josfres Secretus in Mizelemir ad exquirendum quadripartite et faciendum divisas confinium casalis Sarane, quod obtulit beatae memoriae dominus Georgius admiratus sacrae ejus ecclesiae sanctissimae et purissimae Deiparae. In praedictum itaque casale cum advenissem, et cum his qui mecum venerunt laudabilibus viris quorum nomina inferius describentur, magis vero, et localiter, hoc est accedendo ad dicta confinia, et terras juxta praedictum dictorum a Deo honoratorum Procerum mandatum; cum advenissemus ante nos dictae terrae Minzilmeri senes adduximus, et interrogantes ipsos de talibus confiniis, omnes uno ore dixerunt accurate illa scire, et gnaros esse. Quapropter et confinia ipsorum dixerunt esse haec. Incipiunt ex porta Lacuat, et descendunt ad fontes dictos Sarane, et vadunt ad flumen Difle, et descendunt flumen flumen usque ad lacum dictum Cellas, et ex lacu dicto Cellas vadunt usque ad transitum dictum Milgze, et exinde redeunt via via Panormi usque ad vallonum Bughes, et inde vadunt usque ad lapidem obscurum, et ascendunt cristam cristam usque ad fontem champune, et vadunt in antiquam Ecclesiam usque ad arborem dictam Carubae, et inde feriunt ad petram Cucubegiae, et abeunt cristam cristam usque ad locum dictum Elpbepberich, et clauditur divisa. Seniorum vero nomina talia confinia harum terrarum ponentium haec sunt. Imprimis Buttaipus quondam Vicecomes, et Philippus Vicecomes, et Nicolaus filius Gennaci, et Basilius Phusa Vicecomes, et Joannes Epenchac, et Saracenus Joseph epen Siracusae; similiter et qui mecum invenerunt confinia in illo loco laudabiles homines sunt isti. Dominus Joannes praedicti domini Georgii magni admirati filius, et dominus Nicolaus Logotheta, et Buttaipus, et Mucluph Caiti militiae, et Nicolaus Caitus, et Notarius Leo filius. Chrisosto-

ὁ λογοθέτης καὶ βιτταῖσος. καὶ μιχλυφ οἱ καῖτοι τῶν τοξόταν. καὶ νικολάος ὁ καῖτος. καὶ ὁ νοταρίος λέων ὁ τυ χρισοστόμυ. καὶ ο γέρων καῖτος χάπζης. καὶ ὁ καῖτος ἴωσηφ επεγίακωβ καὶ ἴακώβ ὁ ἀδέλφος αὐτῦ. πρὸς δε περιεσσομένην πίστασιν καὶ βεβαίαν ἀσφαλείαν ἐποιήθη τὸ παρόν ἐγγάφον εἰς τὴν ευαγεστάτην προρηθήσαν ἐκκλησίαν τῆς αχράντυ θεοτόκυ. καὶ ἐπέδοθη δία χείρος τῦ τιμίυ διάκονυ κυρίυ ἴωαννυ τῦ φιλοσόφυ, καὶ προεστάτοι τῆς τοιαύτης ἐκκλήσιας καθ᾽ ἁ καὶ οἱ τιμιωτάτοι ἄρχόντες τῆς μεγάλης αὐλῆς ἁρησαν καὶ συνέταξαν ἐν μηνι κα᾽ ινδικτίανι καὶ ἔτει ἀνώτεραις γραφήσιν.

mi, et Senex Caitus Chapzis, et Caitus Joseph epen-Jacob, et Jacob frater ipsius. Ad futuram igitur rei memoriam, et firmam certitudinem confecta est praesens scriptura in sanctissima praedicta Ecclesia Purissimae Deiparae, et tradita fuit per manum reverendi diaconi domini Joannis Philosophi, et praefecti illius Ecclesiae, sicut et honorandissimi proceres magnae aulae viderunt, et constituerunt. Mense, indictione, et anno suprascriptis.

لما كان بتاريخ شهر اكتور الاندتس السادس من سنة ستة الاف وستماية احد وثمانين لبني العالم خرج امر الموالي الوزرا وهم حينيذ المولا الاجل الارك القديس والمولا الاجل الامرخنسلر والمولا الاجل المختار ادام الله سعودهم وكبت حسودهم الى الشيخ جافراي صاحب ديوان التحقيق المعمور حرسه الله ان يكشف عن الرباع التي كان دنعها السيد جرجي بجور منزل الامير وبالرحل المعروف رحل الشعراني الى الكنيسة صنت ماريه بالمدينة المحروسة فجمع الشيخ جافراي صاحب الديوان

Currente(1) *mense Octobris 6 indictionis anni 6681 a creatione mundi, exiit edictum Dominorum Consiliariorum tum temporis, Domini illustrissimi, dignissimi, religiosi, et Domini illustrissimi vice Cancellarii, et Domini illustrissimi Electi, perpetuet Deus ipsorum felicitatem, et deprimat invidos eorum, ad Seniorem Giafrai praefectum Tribunalis verificationis*(2) *conservati, quem Deus custodiat, ut visitaret confinia, quae concesserat*(3) *Dominus Giorgi in viciniis Minzillemir, et in casale dicto Rahal Sciarani*(4) *Ecclesiae Sancte Mariae in civitate munita* (5); *ideoque congregavit Senior Giafrai praefectus Tribunalis conser-*

(1) Hanc interpretationem arabicam a clar. Salv. Morso inchoatam perfecit et emendavit Jos. Caruso linguarum orientalium scientissimus.

(2) Verificationis tribunal compositum fuisse verosimile est ex ministris qui confinia terrarum verificando definiebant; hoc enim sonat vox *Tachich* nempe *verificatio*. Haec quidem verificabantur per quatuor partes loci, respicientes ad quatuor ventos; quae ratio verificandi confinia adhuc viget apud Arabes, ut mihi estatus est, qui a secretis erat clariss. Germano Adami Archiep. Aleppi, cui nomen erat Antonius Dakur. Ita Morsus in Mss.

(3) *Concesserat)* Concessionem hujus Casalis habes in diplomate sup. n. V.

(4) *Sciarani)* Haec vocis etymologia apud Arabes significat *pilosus valde*, et *hirsutus*, quasi diceret Casale *asperum*, *hirsutum herbosum*. Vid. Morso *Pal. Ant.* pag. 404, not. 14.

(5) *In civitate munita)* Panormum intellige ut habet diploma cit. n. V.

المعور اعزه الله من اهل منزل الامير
العارفين بالحدود المثبت اسماهم
في اخر هذا السجل واستفهمهم عن ذلك
فاعترفوا الجمعين انهم عارفين بالرباع
المذكورة فحينئذ امر ان يحدو الرباع
وهي تبتدي من باب الشعراني تنتهي
الي عيون الاخواض الي وادي الدفله
ونزل الوادي الوادي الي غدير الجله
تصل الي جار وادي الدفله المعروف بالملجا
وترجع الى الطريق حتى تصل الى
خندق البقري الى الحجر السود
وتخرج الحراك الحراك الى ان تنتهى
الى الكنيسة الخراب ومن الكنيسة
المذكورة الى راس الباظور الى حجر
القعبة ثم ترجع الى باب الريح غلق
الحد وحضر في الحد من نصاري
منزل الامير ابو الطيب الذى كان
دسقومى نفيلب الدسقومى ونقوله بن
يناج وباسيلى بوسا الدسقومى ويانى
بن الخاخ ومن المسلمين يوسف بن
السرقوسى ومن نصاري المدينة المحمية
الشيخ نقوله اللغوثات ويانى بن السيد
جرجى وابو الطيب ومخلوف قواد
الرماة ونقوله القراش ونطاري لاوخستى
ومن المسلمين الشيخ القايد خنزه
ويوسف بن يعقوب ويعقوب بن يعقوب

(6) *Milgia)* Hoc est *refugium.*

vati, quem Deus exaltet, ex populo Minzillemir, eos qui scirent confinia, quorum nomina subscripta sunt in fine hujus diplomatis, eosque percontatus est de hoc, et confessi sunt omnes se scire praedicta confinia, et tunc jussit, ut confinia definirentur; quae haec sunt. Incipiunt ex porta Sciarani, et finiunt ad fontes Alacuad, usque ad vallem Difle, et descendendo vallem vallem usque ad stagnum Gellah perveniunt usque ad vicinitatem vallis Difle praedictae in Milgia (6) *et revertuntur in viam donec perveniant ad fossam Bucri usque ad petram nigram, et redeunt cristam cristam, donec finiunt ad Ecclesiam Carubae, et ex dicta Ecclesia ad caput Batzur ad petram Cucubah, deinde redeunt ad portam Ric*(7). *Explicit limitum designatio. Interfuerunt vero in confiniis definiendis ex christianis Minzillemir Abuttaib, qui fuerat Descomus, et Philippus Descomus, et Nicolaus Ben-Jennagi, et Basilius Busa Descomus, et Joannes Ben Chac, et ex Muslemis Jusuph Ben Sarcusi, et ex Christianis Civitatis praesidiariae Senex Nicolaus Loghotheta, et Joannes filius Domini Giorgi, et Abuttaib, et Machluf Caiti militiae, et Nicolaus Carasc, et Notarius Leo Custi, ex Muslemis, Senex Caitus Catsh, et Jusuph Ben-Jahcob, et Jahcob Ben-Jahcob, et scriptum est*

(7) *Ric)* Hoc est *venti.*

وكتب هذا السجل وسلم الى
الشيخ الفيلسوف يانى اكرمه الله
بعد ان اوقع عليه الشيخ جافراي صاحب
ديوان التحقيق المعمور اعزه الله
علامته تاكيدا له ودليلا على صحته
بالتاريخ المقدم *

Ιωσφρες

hoc diploma, et traditum fuit Seniori philosopho(8) *Johanni, quem Deus honore afficiat, postquam imposuit super illud Senior Giafrài praefectus Tribunalis verificationis conservati, quem Deus exaltet, Signum ejus, ut verificaret illud, et in signum suae veracitatis. Æra praemissa.*

Josphres (9).

Prima columna exterioris partis.

τὰ χωραφία..... περιφανερῶς αυτ..... καὶ διεκδίκησε ὁ σεκρετικὸς Ἰωσφρες τῦ κραταιοτάτυ ρίγος ἀπὸ τῦ πύλυ τῆς σαράνης κατὰ μησήβριον κρατυμένυ σαυ.... τῆς μιλι...... κατερχῦνται εἰς τὸν ἀχυαδ καὶ ἀποδίδοσιν εἰς τὸν ποταμὸν τὸν ἐξερχόμενον ἀπό τῦ χαξακμ. καὶ ἀποδίδωσιν ἕως τῆς λύμνης ξέλλας κατά ἀνατολικὸν καὶ ἀπ δίδωσι τὸν περαμένον δίφλε τὸν λεγομένον τῆν ὁδόν τῆς μίλγζε καὶ κατέρχονται εἰς διάβασιν τῦ ποταμῦ κατά βορέαν ἀπὸ..... τής παλαίας ἐκκλησίας κατέρχονται εἰς χάνδαν λεκληλ...

Terrae.... manifeste... et defendit Josphres secretus potentissimi Regis ex porta Sarane ad meridiem tenente... Mili.... descendunt in Acuad, et feriunt ad flumen egrediens ex chaxacm, et feriunt usque ad lacum xellas ad Orientem, et feriunt ad transitum Difle dictum item Milgze, et descendunt in transitum fluminis ad aquilonem...... ex antiqua Ecclesia descendunt in Chandan Leclel.....

Secunda columna exterioris partis.

ἐκδήλονται τὰ συνόρα τὰ ἀυτ(ωμμενα) ἀπό τῦ πύλυ τῆς σαράνης κατὰ μησημβρίνον πλίσιον τὸν ἄδαν τῆς μιλι. μέχρι τῦ αυχαυδ καὶ ἀπὸ αχυαδ μέχρι τῦ ποταμῦ χαχαζάκμ, καὶ ἀπὸ ποταμῦ κατέβη λύμνην ξέλλαν κατὰ ἀνατολικόν καὶ ἀπὸ λύμνη πέραμον δίφλε τὸν λεγομένον τῆν ὁδὸν τῆς μίλζε καὶ ἀπό τῦ ἐκεῖθεν διαβάσιν τῦ ποταμῦ κατὰ τῆν βορέαν. ἐκεῖθεν εἰς ὁδόν τῦς ἰσαγι..... καὶ ἄκρι τῆς παλάιας ἐκκλησίας καὶ ἐκεῖθεν ἀνέβησαν τὸν χοιμαρ.... τὸν πλίστιον τῆς χῶρας τῦ σωτίρος μέχρι τῆς ὁδῦ ὅπερ ἔρχονται ἀπὸ τῦ πύλυ σιξρ.... ὅπερ ἔρχονται ἀπό τῦ πύλυ χαββυ

Demonstrantur confinia oculis propriis visa ex porta Sarane ad meridiem prope fontem Mili.... usque ad auachaud, et ex achuad usque ad flumen Chazaem et a flumine descendunt in lacum xellam ad Orientem, et e lacu ad transitum Difle dictum iter Milgze, et exinde ad transitum fluminis ad Boream, et exinde in viam Isagi..... et usque ad antiquam Ecclesiam, et inde pervadunt Chimar..... prope regionem Salvatoris usque ad viam sicut veniunt ex porta Sixr.... sicut veniunt ex porta Chabbu

(8) *Philosopho)* Nomen est dignitatis in Ecclesiis ait du Cange V. Philos. unde Johannes vocatur etiam *praefectus illius* Ecclesiae.

(9) Graecis caract. signatum est Origin. nomen praefecti Tribunalis Verificationis.

In exteriori parte sunt quoque duae lineae litt. graecis.

τὰ συνόρα τῶν χοραφίων τῆς χῶρας σιαράνη τῦ νάυ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκυ τῦ ἀμήραδος Κυρίυ Γεοργίυ

Confinia terrarum terrae Siarane templi sanctissimae Deiparae Ameri Domini Georgii

In fine exterioris partis.

κατὰ τὸν ὀκτάβριν μῆνα

Mense octobris

In fine interioris partis latine sic legitur.

Praesentatum in judicio quartodecimo Februarii V. Indict.

XIV.

Judicium de divisione confinium terrarum S. Mariae de Campogrosso, et S. Mariae de Georgio admirato.

A. 1173.

+ In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Anno Dominice Incarnationis MCLXXIII Mense Julio Indict. VI Regni vero Domini nostri W. Dei gratia gloriosissimi Regis Sicilie, Ducatus Apulie, et Principatus Capue anno octavo feliciter amen. Scriptum memorie factum a nobis Raynaldo de Monteforti. et Persico magne Curie Magistris Justiciarjs quod dum sederemus in regia curia pro finiendis placitis. Philosofus Ecclesie Sancte Marie que dicitur de Georgio Amirato prepositus (1) ad Curiam ante nos veniens appellavit fratrem Michaelem magistrum Ecclesie Sancte Dei Genitricis Marie que est in loco qui dicitur de Campo Grosso (2) quod invasisset divisas Ecclesie sue et quasdam terras ejusdem teneret injuste. Ad quod frater Michael respondit quod terras illas quas Ecclesia Sancte Marie de Campo Grosso tenebat, regalis munificentia (3) eidem Ecclesie concesserat asserens se de terris illis nemini respondere. quod dum ad audienciam dominorum regie Curie perveniret, dixerunt nullomodo propositum regie majestatis fuisse suo dono aliquod prejudicium Ecclesie Sancte Marie que dicitur de Georgio Amirato comparare, nam id solum a regia majestate concessum dicebatur quod ejus de manibus fuerat. Unde ex iniuncto eorum habui-

(1) *Prepositus)* In super. diplomate appellatur *Joannes philosophus praefectus Ecclesiae.*

(2) *Campo grosso)* A principibus Nortmannis fundatum fuit hoc monasterium, et monachis S. Basilii attributum, in itinere quo Thermas tendimus, juxta oppidum Aylyel. Mougit. *Bullae et privileg.* p. 22.

(3) *Regalis munificentia)* Anno 1134 Rex Rogerius concesserat Priori Monasterii quosdam agros in terram Misilmeri, qui quidem agri erant adfines illis quos habebat Ecclesia S. Mariae de Admirato. Vide Pirri in *Not. Eccl. Pan.*, et Mougit. *loc. cit.*

mus ut non obstante dono quod Sancta Maria de Campo Grosso susceperat cuique Ecclesie sua jura tribueremus. Cumque videremus duo instrumenta do divisione illarum terrarum facta ab his quos regia majestas dostinaverat, videlicet a domino Frederisio magistro Justiciario socio nostro. Goffrido do Centurbio magistro regie Duane de Secretis. Domino W. Orfaino castellano Castelli maris Panormi; et a domino Nicolao Logotheta juxta privilegium Sancte Marie quo dicitur de Georgio Amirato sibi factum a Georgio Amirato et confirmato a domino Roge Rogerio bone memorie et fratre Michaele magistro Ecclesie Sancto Mario do Campo Grosso astantibus aliis quampluribus fratribus. Philosofum Ecclesio Sancte Marie prepositum, loco Ecclesie de omnibus tenimentis secundum divisionem que in instrumontis que supra nomioantur continebatur fecimus resagiri. Salva tamen regia disposicione in omnibus. Ad perpetuo itaque securitatis memoriam hoc scriptum per manus Madij notarii scribi jussimus et signo manuum nostrarum subscripsimus. Anno mense et indictione prescriptis.

† *Ego Raynaldus Montisfortis magne regie Curie magister Justiciarius.*
† *Ego Persicus regie Curie magister Justiciarius.*

XV.

Inventarium Thesauri Sacrae Africanae Ecclesiae, et Inventarium Thesauri Ecclesiae Sancti Nicolai (1).

Hic est thesaurus sancte africane ecclesie (2). Una magna crux cooperta argento deaurato, minus habens cum pomo argenti deaurati, et ejus baculus sex habet cannellas argenteas. Due alie cruces sunt minores argonto cooperte deaurate, sed non per totum, habentes poma puri argenti. Baculus quisque earum habet sex cannellas argenteas. Duo calices sunt argentei, scilicet major deauratus est. Quatuor sunt candelabra argentea, scilicet duo majora sunt, et duo minora. Duo sunt turibula argentea ejusdem quantitatis, sed in uno eorum minus est de catenis, et anulus. Siclum est unum argenteum in manica, et in ore parumper deauratum habens fundum. Duo sunt bacula argentea in fundo, et margino deaurata. Una est cassa incensi argentea ingillata cum cocleari argenteo. Due sunt ampullo argentee, non habentes coopertoria. Unum est testamentum evangelicum argenteo deaurato coopertum, cum VIII lapidibus de cristallo, sed minus habet de argento per loca, et sunt duo pulumuro hujus testamenti. Una casubla diaspri habens pernas ante, et retro, et circa collum a superioribus, usque ad inferiora, et habens aurum frisium (3) similiter, ante et retro, et circa collum a

(1) Deest annus in hoc instrumento, sed absque dubio confectum fuit dum viveret Johannes Philosophus praepositus Ecclesiae S. Mariae de Admirato, de quo supra, cui traditum fuit custodiendum Thesaurum. Denique ex ipsis caracteribus litterarum apparet scriptum temporibus Nortmannorum, non autem anno 1220 Friderici Imperatoris ut vult Pirrus *Not. Cap. Reg.*

(2) Apud Folcandum *Hist. Sic.* aliosque legimus Africae urbem anno 1159 a Rege Gulielmo deperditam, ideoque Christifideles in Siciliam transiisse. Putaverim hoc anno Cosmam Episcopum Africanum Panormum adventasse una cum Ecclesiae suae bonis, (qui proximo anno mortuus in templo majori conditus fuit) et hunc esse Thesaurum illius Africanae Ecclesiae.

(3) *Aurum frisium)* Auri fimbriam.

superioribus usque ad inferiora. In inferiori autem margine habet latam listam auri frisii posita, et est alia casubla rubicunda samiti (4), et listi ante, et retro, sed illa lista, qnae ante est a superioribus usque ad inferiora longa est, quae antem retro, minus duobus palmis est. Due sunt dalmatice samiti laborati ad scaccenos, due sunt tunice samiti, una virgata est, et altera ad scaccenos laborata. Una est cappa maurolati (5) cum tassellis habens aurum frisium amplum a capucio, usque deorsum, et buttunium pernarum. Est alia cappa catafitti cum tribus tassellis aurifrisii. Due sunt cappe samiti ad scaccenos, una earum habet tassellum unum, et altera habet paruum aurum frisium in loco tasselli. Unum est palium cum duodecim rotis, a quibus laborati sunt leones. Unus pannus diarodon (6) rubicundus, et grossus, integer tamen sicut fimbrie ostendunt. Alius pannus veteris catablatius (7), alius pannus veteris catablatius violati, et coccinei coloris, unus magnus anulus aureus episcopalis, cum uno magno saphiro, et IIII^or^ paruis jacintis duobus smaragdis, et duobus prasinis (8), et IIII^or^ pernis magnis, et IIII^or^ pernis paruis: tres mitre veteres, duellus cum auro frisio, quidquid thesauri ex loco hoc, hic scriptum est, totum Dominus Archiepiscopus fecit. Una est casubla auro laborata, cum listis, et ipsis est operis Yspanie. Una est dalmatica ejusdem panni cum listis aureis in inferioribus positis ante, et retro, et etiam ipse acu laborate sunt manice autem rubicundi samiti sunt cum listis, et ex utroque latere samitum similiter erubicundum. Una est cappa dimiti (9) bleui cum tassello rotundo, alia est cappa viridis dusturio habens tassellum listarum, in medio cujus aurum frisium positum est; alia est cappa samiti rubicundi habens aurum frisium amplum a capucio, usque deorsum: septem sunt tunicae cottonis pro pueris, et ipse sunt ex opere damasci, decem et octo milliarisiorum ponderis est argentum, quod fractum est; medietas bibliothece posita est in uno volumine, et unum antiphonarium, et unum psalterium, et unum troperium (10), et unum missale, et unum benedictionale, et in uno volumine sunt omilieriun, et passionarium (11) et job, et tobyas, et judit, et hester, et machabaeorum, et ezechiel, et in alio volumine est moralia job, in alio volumine bibliothece passionarium, et omelie, et sermones: reliquie sancti reguli, est majus os, et frustrum aliud beati sennen martyris, qui sunt serico panno croceo involute, et sunt posite in marsupio rubicundi samiti: iste reliquie, et alie, que ignote sunt, in cassa eburnea posite sunt.

Hic est thesaurus ecclesiae sancti Nicolai unum textum Evangeliorum argento deaurato coopertum, sed minus habet de argento: una ycona lignea ex parte una ymagines habens argenteas tredecim. Unus calix magnus argenteus cum patena desuper deaurata, in qua crucifixum, alius calix argenteus deauratus cum patena, alius calix argenteus cum patena, duo parua candelabra argentea, minus de argento habentia, in tribus locis, unum turibulum argenteum cum quinque catenis, et paruo anulo. Unum paruum turibulum argenteum deauratum cum immaginibus, et quinque non perfectis catenis. Unus anulus aureus episcopalis

(4) *Samiti)* Pannus olosericus sex filis contextus; a graeca voce ἑξάμιτος. Macri *Voc. Eccl.*

(5) *Maurolati)* Nigri coloris; a μάυρος *niger*.

(6) *Diarodon)* Color ab utraque parte rosatus. *Chron. Cassin. c. v.* apud de Cange V. *Diarod.*

(7) *Catablatius)* Pannus purpureus, a blatta qui est vermiculus purpurei coloris. Cange *Gloss.*

(8) *Prasinis)* Lapides coloris viridi sed acutissimi, ἀπὸ τῦ πράσυ *porro*. Cange *Gloss.*

(9) *Dimiti)* Pannus ex duobus filis contextus » hinc enim videas amita, dimitaque et trimita, minori peritia sumptuque perfici, hinc eximita uberioris materiae copia compensari. » Hug. Falcand. *Hist. Sic.*

(10) *Troperium)* Vel troparium, canones cantati in Ecclesia certis diebus. Amalt. Onom.

(11) *Passionarium)* Liber continens passiones Sanctorum. Amalt. Onom.

cum magna sarda, et uno paruo smaragdo, et duabus paruis marinis, et tribus paruis peruis. Una crux argentea trium digitorum latitudinem habens cum parua argentea cannella. Est una crux ferrea cooperta argento habens per partes sinaldos habens pedem ereum coopertum argento. Est una crux parua rotunda argentea nigillata (12), cum parua cannella. Est una crux parua erea cum crucifixo, et cum pede eris; est una crux parua aurea per partes pernata, habens cannellas-argenteas, et in medio habet quoddam cristallum, est una crux paruula cooperta argento ex una parte deaurata, habens quatuor lapides rubeos, et unum cristallum, est una crux paruula argentea deaurata, et duplicata habens paruulum anulum, est casubla palii oxsi, habens aurum frisium, ante, et retro, et circa scapulas habens listam, est casubla diaspri habens vetus aureum frisium circa collum, est casubla samiti palumbini habens aurum frisium vetus circa collum, est casubla diaspri citrini veteris, sunt, et tres veteres casuble quarum una de lana est, alia de lino, alia de seta, et sunt quinque veteres stole et sex veteres manipuli, et septem veteres albe (13) cum totidem amictis, est dalmatica diaspri habens listas textas auro circa pedes, et aurum frisium circa manicas, et collum, est dalmatica samiti palumbini, habens ad manicas pannum viridem, sunt due dalmatice diaspri veteris una quarum habet listas veteres texta auro circa manicas, et collum, est dalmatica diaspri nimis veteris, est tunica mudegeb veteris, habens manicas diaspri, est tunica diaspri viridis veteris, habens manicas buffudi rubei, sunt et alie quatuor veteres, et rupte tunice, est cappa de purpura vetus magna, est cappa macurolati veteris, est cappa virgata de seta, est cappa catafícti veteris, sunt et alie sex veteres cappe, sunt duo palia magna, et unumquodque illorum habet decem et octo rotas, est unum palium magnum nimis vetus, et per partes ruptum, habens literas sarracenicas, ex uno latere, est unum paruum catablattinum, et vetus, est unum palium laboratum habens duos leones, est unus catablattinus nimis vetus, habens equos, est pannus paruus mudebeg habens volucres, sunt quatuor vetera palia, est una bibliotheca in duobus voluminibus, est unum passionarium, et est una omelia ab adventu usque ad resurrectionem, est unum antiphonarium vetus; est unum capitularium, est unum graduale, sunt decem vetera tuallia inter parua, et magna, et est unum altare. Totus thesaurus, qui in carta hac scriptus Joanni philosopho (14) quondam in ecclesia sanctae Marie qui fuit Georgii Antiocheni traditus est ad custodiendum per manus domini Nicolai cappelle regie cantoris, et domini Petri sacerdotis Yspanie (15). Petrus hic presbyter Hispaniae habet in sua custodia unam mitram de samito cum auro frisio, et unam croceam eburneam, et caput alterius eburnee crocie vitreis lapidibus plenum, quod est sine baculo.

(12) *Nigillata)* Nigellum est encaustum nigrum ex argento, et plumbo confectum, Italis *niello*, scutella nigellata. Cang. *Gloss.* V. *nigel.*

(13) *Albe)* Vestis sacerdotalis linea stricta; poderis, camisium, *camice*. Amalt. Onom.

(14) *Joanni Philosopho)* De quo vide in praecedenti Instrum.

(15) *Sacerdotis Yspanie)* Multi ex Hispanis tempore Gulielmi primi Siciliam adventarunt cum Margarita ejus uxore Gartiae II Navarrae Regis filia.

XVI.

Concessio cujusdam frusti Terrae Ecclesiae S. Andreae Cayto Johanni.

A. 1187.

✝ In nomine Dei Eterni, et Salvatoris nostri Jesu Christi (1). Anno ab incarnacione Domini m°. c°. octogesimo vii°. mense Marcii. Indictionis v. Regni vero Domini nostri W. Dei gratia gloriosissimi Regis Sicilie, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, anno vicesimo primo feliciter. Amen. Ego Gaytus Johannes Domini Regis Camerarius, per hoc presens scriptum in presencia subscriptorum testium declaro, quod cum ego recepi a te frater nife venerabilis monace Sancti Andree (2) de Bekbene voluntâte et consensu Domini Jacobi venerabilis precentoris sacre regie cappelle, et Catanensis Archidiaconi, et tocius capituli ejusdem cappelle de terra predicte ecclesie sancti Andree cannas...... in longitudine, et tres in latitudine pro hedificando expensis propriis in ea stabulo, bona et gratuita voluntate mea, permissione quoque, et licentia Domini mei Gayti Ricardi Domini Regis Camerarii, et magistri regie duane de secretis, accepi etiam de eadem terra alias quinque cannas in longitudine et duas in latitudine, pro paleario ad opus ejusdem stabuli, pepigi, et promisi, quod predictum stabulum cum paleario tenebo in diebus vite mee tantum, post obitum vero meum, ipsum stabulum cum omni beneficio quod in eo factum fuerit deveniat in dominium et proprietatem supradicte ecclesie Sancti Andree sine alicujus controversia. Pepigi etiam dare quamdiu vixero eidem ecclesie Santi Andree pro ipso stabulo, et paleario incensum statutum, videlicet singulis annis olei rotula xcem, et cere rotula duo. Presenti vero scripto me obligavi, quod si predictum incensum singulis annis eidem ecclesie non dedero, videlicet in festivitate beati Andree, potestatem habeat ipsa ecclesia destituendi me de ipso stabolo, et paleario, et in suam proprietatem et dominium revocandi. Ad hujus autem pacti, et obligationis memoriam presens instrumentum meo rogatu fecit Abraham regie cappelle clericus, illudque scripsit Joannes ejusdem cappelle regie campanarius. Anno. Mense. et Indictione prescriptis.

مضمون الكتاب ان الفتى جوان اخذ
من الراهب الذى بكنيسة صنت
اندريه بالكمونية ربعا طوله خمس قيم
وعرضه خمس قيم ابنى به اصطبلا
ويخزن التبن باختيار الجنتر الذى
بالكنيسة المقدسة الجبلة وارشذياقن

Scriptura cautionis: quod Caitus Joannes accepit a Monaco Ecclesiae Sancti Andreae in Chemonia quadrantem terrae longitudinis. ulnarum quinque, et latitudinis ulnarum quinque, pro aedificando in eo stabulo et horreo pro palea, voluntate Cantoris Ecclesiae Sacrae Cappellae, et Ar-

(1) Hoc instrumentum edidit, atque interpetravit clar. Morso *op. cit.* pag. 396.

(2) *Andree)* In concess..ue quamPetrus Arch. Pan. fecit Rogerio Rege ann. 1132 jurium parochialium Capellae D. Petri, Ecclesia S. Andreae data fuit pro coemeterio ut supr. dipl. num. 11.

فظانيه والجانونية ويعطى للكنيسة
المذكورة يوم عيدها فى كل حول عشرة
ارطال ربت ورطلين شمع طول حيانه
وكتب ذالك على نفسه بعد رضا الرهابين
الذين بالكنيسة لله والجنتر الذي بالجبلة
المقدسة وارشدياذن قطانيه وكتب ذالك
القتى جوان على نفسه بتابع نصف ينار
الحول الخامس من سنة الف وماية
وسبعة وثمانين لتارخ سيدنا المسيح
والاسطبل المذكور والمنبة بالربع التى
بداخل مدينة بلرم وعلى يمين الدخول
من باب الابنا وبقبلى مخزن الباب
المذكورة وجمن المدفن التى هناك واثبت
ذالك بالتارخ لا غير *

كتبت انا القتى جوانك هده العلامة
بخط يدى واذنت بالشهاد على

اشهدنى انا القايد......ك وهذه
علامتى بخط يدي

اشهدنى انا القتى عمر وهذه علامتى

chidiaconi Catanae, et Canonicorum, et donabit Ecclesiae praedictae in die solemnitatis ejus quotannis decem rotula olei, et cerae rotula duo, ejus vita durante, et hoc sibimetipsi imposuit observandum post beneplacitum Monacorum, qui sunt in Ecclesia Dei, et Cantoris Sacrae Cappellae, et Archidiaconi Catanae, et hoc sibi imposuit praestandum Caitus Joannes usque a dimidio Januarii, Indictionis quintae, Anni millesimi centesimi octogesimi septimi, Aerae Domini nostri Jesu Christi. Et stabulum praedictum cum paleario (situm est) *in regione* (3) *ad ingressum Civitatis Panormi, et ad dexteram ingressus, ex porta* Aedificiorum, *et coram horreo, manet praedicta porta, ubi est locus sepulcrorum, quae sunt illic, et statutum est hoc Aera (praedicta) nec aliter.*

Scripsi ego Caitus Joannicus hoc sigillum signatum manu mea, et declaravi in testimonium eorum, quae supra.

Testis sum ego Praefectus..... cus, et hoc est signum signatum manu mea.

Testis sum Ego Caitus Homar, et hoc signum meum.

(3) Clariss. Morsus affert hunc locum diplomatis ad illustrandam regionem Kemoniae. Vid. *op. cit.*

XVII.

Eversio Capellae S. Mariae Magdalenae, ubi corpora Ducum et Reginarum sepulta jacebant.

A. 1187.

† In nomine dei eterni et salvatoris nostri jesu christi. Anno eiusdem Incarnationis. Millesimo. Centesimo. Octogesimo Septimo: Mense Marcii Indictionis quinte. Regni vero domini nostri W. dei gratia gloriosissimi Regis Sicilie ducatus apulie et principatus Capuae anno vicesimo primo feliciter. Amen. Ad posteritatis memoriam et recordationis perpetue firmamentum Ego Gualterius indignus ecclesiae panormitane minister cum universo Capitulo presenti scripto declaro quod a Sacra Regia maestate postulavimus deprecantes ut cappellam Regiam (1) Sancte Mariae magdalene muro matricis ecclesie (2) adiacentem in qua preciosa corpora illustrissimorum Ducum, et Reginarum (3) recolendae memoriae quiescebant ab ipsa matrice ecclesia nobis concederet removendam et in aliam cappellam (4) paulo remotius ipsa corpora collocanda. pro eo quod iam dicta Regia cappella sicut prediximus ecclesiae matrici contigua et opus fabrice simul et divinum impediebat officium. Quod cum ad preces humilitatis nostrae Regia nobis sublimitas annuisset in voto promisimus nostras apud deum animas obligantes quod cappellam ubi iam dicta corpora requiescent per clericos nostros serviri cum omni reverentia faciemus ita quod et gratum erit deo et animabus ipsis proficiet ad salutem. Clericos autem (5) qui hactenus in predicta serviebant cappella cum beneficiis que a Regia Maestate tenebant, Celsitudo Regia pro beneplacito suo constituet alibi servituros. Ad hanc itaque promissionem nostram confirmandam presens scriptum per manus magistri Radulfi canonici nostri fieri fecimus tam propria quam omnium canonicorum attestationibus communitum. et bulla plumbea typario ecclesie (6) nostre impressa signatum. Anno, Mense, et Indictione prescriptis.

† *Ego Gualterius Panorm. Archiep. ss.*

(1) *Cappellam regiam)* Ab Elvira Regis Rogerii uxore extructam, et dotatam anno 1130. Ex Amato *De princ. Templo* pag. 50.

(2) *Muro matricis Ecclesiae)* Ubi erat Sacellum S. Mamiliano Archiep. Pan. sacrum tempore Amati *l. c.*

(3) *In quo pretiosa Corpora)* Quoniam Rogerius in Cephaludensi, Gulielmos in Monregalensi Ecclesia jacebant, in Sacello S. Mariae Magdalenae corpora Ducum et Reginarum solummodo reposita erant, videlicet Elvirae et Beatricis Reginarum, Rogerii Regis, uxorum. Tancredi, Anfusi, Henrici, Rugerii, filiorum Rogerii Regis; et Gulielmi filii Rogerii Apuliae Ducis, Rogerii et Henrici Regis Gulielmi filiorum, qui omnes titulum Ducum gerebant. Consule Inveges *Ann.* p. 456. Amatu *op. cit.* p. 50.

(4) *In aliam Cappellam)* Aedificatam ab eodem Gualterio prope portam novam, cadavera vero regia absoluto principe templo eidem restituta fuerunt, non autem reposita in quatuor sepulcris porfireticis ut censuit Inveges: quod observatum est quando sollemniter aperta fuerunt anno 1781. Consule Danielem *Relazione de' sepolcri reali.*

(5) *Clericos autem)* Duo Canonici Palatini praeerant Clericis Capellae S. Mariae Magdalenae ex mandato Regis Rogerii, quod vide in diplom fundationis num. V.

(6) *Typario Ecclesiae)* In antica parte bullae Deipara sedens spectatur, puerulum dextera tenens hac inscript. † *Sigillum Sanctae Mariae Panormitanae Ecclesiae;* in postica templum cum epigraphe † *Panormitana Ecclesia.* Hoc sigillo adhuc utitur Panormitana Ecclesia. Mongit. *Bullae et Privil.* p. 55.

† *Ego Mauric. Panor. Cantor subscr.*
† *Ego Enricus Panor. Can. subscr.*
† *Ego Stef. tran. Panor. Can. subscr.*
† *Ego Rogerius Panor. Can. subscr.*
† *Ego Hugo Panorm. Can. subscr.*
† *Ego Petrus de Cefaludo Pan. Can. subscr.*
† *Ego Johannes Panor. Can. subscr.*
† *Ego Robertus de Albeto Pan. Can. subscr.*
† *Ego Petrus Panor. Can. subscr.*
† *Ego Johannes de Mess. Panor. ecclesie Can. me subscripsi.*
† *Ego Guarinus Panor. Can. subscr.*
† *Ego Radulfus Panor. Can. ss.*
† *Ego Johannes Canonicus et Thesaurarius Panor. ss.*
† *Ego Guill. Florum Panor. Can. ss.*
† *Ego Bartolomeus Panor. Can. ss.*

XVIII.

Henricus Imperator confirmat privilegia concessa Regiae Capellae.

A. 1195.

Henricus (1) Dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus et Rex Siciliae. Notum sit omnibus presentem paginam intuentibus quod nos per hoc scriptum sigillo nostro roboratum confirmantes privilegia et assisas (2), Cappellae, Imperialis Palacii nostri Panormi mandamus et Imperiali auctoritate precipimus vobis universis Duaneriis Imperialis Palatii nostri Panormi tam presentibus quam futuris quatenus Canonicis Cappellae ejusdem Palatii nostri tarenos prebendarum suarum, omni occasione postposita, tribuatis de redditibus molendinorum Panormi, et Victualia thermarum sicut in privilegiis ejusdem Cappellae et duanarum quaternionibus (3) continetur et sicut tempore Regis Gulielmi secundi habere consueverunt, ipsis Canonicis in integrum persolvatis prebendam; cumque singulis annis eis dari statuimus scilicet in festo Natalis Domini et festo Resurrectionis Dominice, in eisdem festis predictis Canonicis sine aliqua contraditione donetis: luminaria (4) quoque pro eadem Cappella et anniversaria trium Regum videlicet Regis Rogerii, Regis Gulielmi primi, et Regis Gulielmi secundi eidem Cappellae congruis temporibus tribuatis, scituri, quod quicumque vestrum huic Imperiali edicto contravenire presumserit, cum Rerum suarum jactura, iram nostre Maiestatis incurret. Dat. Pan. XIIII die Januarii XIII Ind. anno Dominice Incarnationis MCXCV.

(1) Exscripsimus ex manuscripto Codice Antonini Amico in Bibliotheca publica asservato cui titulus *Tabularium Ecclesiae Panormitanae*, *et Capellae D. Petri in Regio Palatio*. Signat. Q. q. II. 3.

(2) *Assisas)* Assisa, et Assisia accipitur in nostris constit. pro publico conventu, et rebus in eo decretis, ut in hoc diplom.

(3) *Duanarum quaternionibus)* Seu Codicibus Duanae.

(4) *Luminaria)* Festi dies in Ecclesia celebrati cum solemni pompa appellantur luminaria, ut Crispoltus Rerum Aug. l. 1, c. 15.

XIX.

Henricus Imperator ratum habet privilegium ab ipso concessum Regiae Capellae.

A. 1197.

Henricus (1) Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus et Rex Siciliae. Notum fieri volumus universis Imperii et Regni Siciliae fidelibus quod fideles nostri Matheus de Castronovo precentor Cappellae nostrae Pan. et ejusdem Cappelle Capitulum privilegium ipsius cappellae sibi a celsitudine nostra concessum juxta generale edictum quod in sollemni curia nostra Pan. fecimus in manus nostras resignaverunt, cuius tenore diligenter inspecto, ipsum privilegium eis benigne restituimus. Ratum habere volentes quidquid in eodem privilegio est eis a nostra Majestate concessum pariter et confirmatum (2) et ex inde ad maiorem notitiam et securitatem presentem conscribi iussimus apodixam sigillo nostro cereo communitam. Dat. Pan. xv Kal. madii Ind. xv.

(1) Ex eodem manuscripto retulimus in hunc locum.
(2) Eadem die Ecclesia panormitana, recepit ab Henrico confirmationem privilegiorum, ut apud Mongit. *Bullae* pag. 69.

XX.

Parisius Panormitanus electus notamfacit electionem Joannis de Sulmona.

A. 1198.

Parisius (1) Dei gratia Panormitanus electus (2), et Domini Regis familiaris. Universo Capitulo Regiae Cappellae Panormi dilectis in Christo fratribus amicis suis salutem, et sincerae dilectionis affectum.

Universitati vestre volumus esse notum, quod Dominus noster Serenissimus Rex de gratia sua concessit Joanni de Sulmona notario suo dilecto nostro locum, et stallum, quem olim Magister Gratianus in eadem Cappella Regia noscitur habuisse. Quare dilectioni vestrae mandamus, et ex regia parte praecipimus, quatenus praedicto dilecto notario Joanni, vel ejus Nuntio locum, et stallum, quem praedictus Magister Gratianus in ipsa Regia Cappella habuerat, juxta mandatum regium assignetis. Datum Guarmaciae 3 Decembris 1 Indit.

(1) Ex Ms. Anton. Amico.
(2) *Panormitanus electus)* Ex his litteris apparet Parisium jam ab anno 1198 electum panormitanum Archiepiscopum non autem anno 1202 ut vult Pirrus et ex eo Mongitorius *op. cit.* pag. 84.

XXI.

Fridericus Imperator eligit Joannem de Sulmona Canonicum Regiae Capellae.

A. 1198.

Fridericus (1) Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus, et Rex Siciliae. Universo Capitulo Regiae Cappellae Panormi fidelibus suis salutem, et dilectionem.

Notum facimus fidelitati vestrae, quod Nos pro valde grato, et fideli servitio quod Joannes de Sulmona notarius, et fidelis noster celsitudini nostrae hactenus exhibuit, et in antea potuit exhibere pro eo, quod nobiscum in Alemanniam ad servitia nostra devotus accessit, de gratia nostra concessimus ei locum, et stallum, quem olim Magister Gratianus habuit in ipsa Cappella nostra Panormi. Quare fidelitati vestrae praecipiendo mandamus, quatenus praedicto notario, vel ejus Nuntio praedictum locum, et stallum, receptis his literis, assignetis, sicut confiditis de gratia nostra. Datum Guarmaciae 3 Decembris 1 Iod. (2).

(1) Ex Ms. Anton. Amico.

(2) A tergo diplomatis scriptum *Universo Capitulo Cappellae Panormi fidelibus suis.*

XXII.

Fridericus II. eximit ab exactione, et Collectis Canonicos et Clericos Regiae Cappellae.

A. 1202.

Fridericus (1) Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Rex Siciliae. .... Juratis, et universis, quibus praesentes litterae ostentae fuerint fidelibus suis gratiam, et bonam voluntatem .... universos clericos fideles nostros favore protectionis gratia debeamus; clericos tamen Cappellae Palatii nostri Panormi fideles .... taliter tenemur diligere, et favoris nostri benignitate tueri, quanto devotius nostrae celsitudini praecaeteris famulantur. Cum igitur sicut audivimus post recessum nostrum multis gravaminibus, et exactionibus fuerint fatigati, fidelitati vestrae mandamus, et sub obtemptu gratiae nostrae firmiter praecipimus quatenus occasione alicujus collectae, vel datae, quae inter vos, et io civitate vestra feceritis tam a Canonicis, quam a Clericis ipsius Cappellae sive pro animalibus, sive pro possessionibus eorum nihil peoitus exigatis, nec eos exinde molestetis, sed ab omni data (2), et collecta sint liberi, et absoluti. Sciturí, quod si quis huic maudato nostro praesumpserit obviare, nostri Culminis indignationem se noverit incursurum. Datum Nurembergae IIII Decembris V Indictionis.

(1) Ex Ms. Cod. Anton. Amico.

(2) *Data)* Datia, ita dieta quod primitus gratuita essent tributum vectigal.

XXIII.

Fridericus II. praecipit ut solvatur Tarenus Joan. Pantarcae.

A. 1204.

Fridericus (1) Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Rex Siciliae. Succentori Cappellae Regiae Panormi fideli suo gratiam, et bonam voluntatem. Maodamus tibi firmiter praecipiendo, quatinus Johannem de Pantarca fidelem nostrum de tareno illo, quem debet habere de mense in mensem nullatenus molestes, aut facias molestari, imo integre dictum tarenum eidem percipere dimittas. Datum apud Augustam XXVII Septembris Indictione VII.

(1) Ex Ms. cit. Ant. Amico.

XXIV.

Fridericus II. concedit Gualfredo Cantoriam Regiae Capellae.

A. 1205.

Fridericus (1) Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Rex Siciliae. Succentori et Capitulo Sacrae Regiae Cappellae Panormi fidelibus suis gratiam suam, et bonam voluntatem.

Fidelitatem vestram bene scire credimus qualiter nos Cantoriam ipsius Cappellae nostrae Panormi Gualfredo nepoti Venerabilis Messanensis Archiepiscopi dilecti familiaris nostri, et Clerico nostro benigne concessimus, et serenitatis nostrae litteras super hoc vos jam credimus recepisse. Verum sicuti auribus nostris innotuit de dicta Cantoria integre sibi minime respondetis; devotioni vestrae iterato damus firmiter in mandatis, quatenus dicto Gualfredo Clerico, et fideli nostro tamquam vestro Cantori benignius intendentes in omnibus justitiis, et rationibus eidem Cantoriae spectantibus debito honore, et reverentia intendatis, et respondeatis, mandatum nostrum taliter implentes, ut devotionem vestram exinde merito commendemus. Datum apud Franchenfort XXV Aprilis, Indictione VIII (2).

(1) Extant hae litterae in Ms. Cod. Ant. Amico.

(2) A tergo: *Succentori et Capitulo Regiae Cappellae Panormi pro G. Cantore.*

XXV.

Fridericus II. confert Jacobo de Calatagirone primam vacantem praebendam in Regia Capella.

A. 1205.

Fridericus (1) Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Rex Siciliae.

Cantori, et universo Capitulo Cappellae Panormi fidelibus suis gratiam suam, et bonam voluntatem.

Recolit Excellentia nostra jam pluries dedisse vobis per nostras litteras in mandatis, ut Jacobo de Calatagirone notario, et fideli nostro primam vacantem praebendam in Ecclesia vestra conferre deberitis, omni difficultate remota, quod utrum mandatum nostrum super hoc exequistis penitus ignoramus. Unde fidelitati vestrae iterato districte praecipiendo mandamus, quatinus praebenda aliqua in dicta Cappella ad praesens vacari contigerit, vel quam cito vacaverit, ipsam praememorato notario, et fideli nostro debeatis conferre, qualibet contradictione, ac difficultate cessante. Mandatum nostrum super hoc taliter exequentes, ut de caetero vobis scribere non cogamur, et devotionem vestram proinde merito commendemus. Datum apud Frankenfort ultimo Aprilis, Indictionis VIII (2).

(1) Extant hae litterae in Ms. Cod. Ant. Amico. (2) A tergo: *Cantori, et toti Capitulo Capellae Pan.*

XXVI.

Litterae Riccardi Camerarii ad Capitulum Regiae Capellae pro Jacobo de Calatagirone.

Dilectis (1) tamquam fratribus, et amicis charissimis universo Capitulo Regiae Cappellae Panormi Riccardus Domini Regis Camerarius salutem, et purae sinceritatis affectum.

Probitatis, et discretionis vestrae literas animo jucundo recepimus, et earum tenore pleno perpendimus intellectu, et super negotia vestra talem adhibuimus curam cum studio sollicito, quod per exhibitionem operum poteritis plenius edoceri; et sciatis, quod voluntatis et propositi nostri talis est, vos, et negotia vestra tamquam propria procurare, et pertractando perducere plenius ad effectum. Praeterea ad hoc, ut sincere dilectionis vestrae linea nobiscum firmiter roboretur, preces vobis pangimus copiosas, rogantes attente, ut super factum Notarii Jacobi de Calatagirone cujus devotio nobis habitat intrinsecus, sicuti Dominus noster Rex per suas literas vobis mandat; taliter discretionis vestrae studium cum opera apponatis efficace, quod per studium vestrum protinus capiat incrementum, et dilectio, quam in nos geritis in jam dicto Notario Jacobo plenius reveletur. Sciatis pro certo, quod si in hoc preces nostras audieritis pariter, et mandata regia mandabitis executioni, gratum plurimum, et acceptum Curiae residebit, et Ecclesiae vestrae negotia pariter, et vestra poterunt de bono in melius augumentari, et ad effectum, cum idem Notarius Jacobus Domino Regi, et nobis gratus existat, plenum perduci.

(1) Extant in Mss. citat. Anton. Amico.

XXVII.

Fridericus Rex Gualfredum Cantorem eligit Palat. Capellae.

A. 1205.

Fridericus (1) Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Rex Siciliae. Succentori, et Capitulo Cappellae Panormi fidelibus suis gratiam suam, et bonam voluntatem.

Noverit fidelitas vestra quod nos pro gratis, et acceptis servitiis Gualfredi Canonici Messanensis Cappellani, et fidelis nostri de gratia nostra concessimus, et contulimus ei Cantoriam ipsius Cappellae nostrae cum omnibus, quae ad ipsam Cantoriam spectare noscuntur. Quapropter fidelitati vestrae mandamus, atque praecipimus quatinus ipsum in vestrum recipientes Cantorem honorantes eum ob nostrae reverentiam Majestatis intendatis, et respondeatis ei de caetero de omnibus quae ad Cantoriam ipsam pertinere videntur, mandatum nostrum taliter adimplentes, ut devotionem, et studium vestrum exinde merito commendemus. Datum apud Norimberg VII Novembris, VIIII Ind. (2).

(1) Ex Ms. Ant. Amico.

(2) A tergo: *Succentori et Capitulo Cappellae Panormi pro Gualfredo.*

XXVIII.

Innocentius III confirmat in beneficio R. Capellae Beninatum Tertiarium.

A. 1210.

Innocentius (1) Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Benenato Regiae Cappellae Tertiario salutem et apostolicam beneditionem. Cum a nobis petitur quod justum est, et honestum tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollecitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecte in Domino fili tuis precibus annuentes beneficium quod habes in Cappella Regia, sicut illud juste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani nonas Februarii; Pontificatus nostri anno Duodecimo.

(1) Ex Ms. Anton. Amico.

XXIX.

Constantia Regina praecipit Archiep. Messanensi ne Moraldo utpote R. capellano molestiam inferret.

A. 1213.

Constantia (1) Divina favente clementia Romanorum Regina semper Augusta, et Regina Siciliae, Ducatus Apuliae, et Principatus Capuae.

Licet ex commissi nobis cura regiminis Ecclesias universas, et ecclesiasticas personas Regni nostri Siciliae in suis juribus protegere tenemur, propensius tamen nostra propria servare debemus. Hinc est quod cum Presbyter Petrus de Moraldo Cappellanus Ecclesiae nostrae Divae Mariae intus Castrum Civitatis Messanae extructae nobis repraesentavit quod Venerabilis Messanensis Archiepiscopus ejusque Vicarius Generalis non advertens ipsum Presbyterum ratione dictae ejus Ecclesiae sub cura, et gubernatione Venerabilis Magistri Cappellani existere, sicut caeteri Cappellani aliorum Castrorum nostrorum Regni Siciliae, ipsum Presbyterum in sua Curia convenire praesumit in non modicam nostri regalis juris laesionem, et detrimentum; quare volentes ut dignitatibus, et praeminentiis nostris regalibus ullum inferatur praejudicium, vel laesionem dicto Venerabili Patri Archiepiscopo, ejusque Vicario generali caeterisque ejus officialibus hortamur, et praecipimus quatenus praedicto Presbytero Petro ulteriorem molestiam inferre ullatenus se abstineant, et praeeminentias nostras intactas servent si gratiam nostram caram habent. Datum in Civitate Messanae anno Domini Jesu 1213 mense Aprilis primae Indictionis.

(1) Ex Ms. Anton. Amico.

XXX.

Fridericus Rex Canonicum instituit Pal. Capellae Jacobum de Romanis.

A. 1215.

Fridericus (1) Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Rex Siciliae. Subcantori et Capitulo Cappellae Palatii nostri Panormi fidelibus suis gratiam suam, et bonam voluntatem. Notum fecimus devotioni vestrae, quod quia cito nobis innotuit de promotione Bartholomei condam Cantoris ad Episcopum Syracusanum de gratia nostra, statuimus Jacobum filium Matthaei de Romanis Canonicum in ipsa Cappella nostra, concessimus ei praebendam, quam idem Bartholomeus renunciavit cum illo beneficio, quod hactenus vobiscum percipiebat in Molendino Monachiae. Quare mandamus vobis et praecipimus quatenus ipsum Jacobum Canonicum vestrum recipientes, stallum ei assignetis cum praebenda et tam de comunibus, quam de redditibus molendini de Monachia sicut dictus Bartholomeus hactenus percipiebat, integram eidem Jacobo Canonico vestro detis portionem. Anno 1215, 15 Julii 3 Indit.

(1) Exscripsimus ex Pirro in *Notit. Reg. Cap.*

XXXI.

Octavianus Cardinalis gratias habet Capitulo R. Cap. quod Jacobum de Romanis in Socium receperint

Dilectis (1) in Christo fratribus, et amicis reverendissimis Capitulo Regiae Cappellae Palatii Panormi. Octavianus Dei gratia Sanctorum Sergii, et Bacchi Diaconus Cardinalis salutem in vestra salutatione. Novimus per litteras quas direxistis nobili viro Matthaeo de movimento Consuli Romanorum, et Comiti Corsiae, et Calinensis quod sic Regia gratia concesserat nobili Jacobo viro nato ejusdem nobilis Matthaei, stallum, et locum vobiscum in praefata cappella; Vos adimplestis libentissime ac liberaliter contulistis eidem de societate ejusdem Clerici sicut de fratre reverendissimo non modicum congaudentes. Cum igitur cautum sit tam in Canonico, quam in Jure Civili, quod juste constitit esse factum, perpetuum habeat monumentum, non sit onerosum vobis praedictum clericum habere in socium, et in fratrem, cum pater et consanguinei sui ad majora possint universitati vestrae respondere, in Curia Romana, et in aula Imperiali. Quo circa discretionem vestram, de qua confidimus, attentius deprecamur, quod praefatum nobilem Jacobum accipiatis in socium et in fratrem; praeces nostras taliter admittentes, ut vobis obligati teneamur, grata exinde vicissitudine respondere.

(1) Ex Pirro in *Notit. Reg. Cap.*

XXXII.

Litterae Alatrini domini Papae Subdiaconi, et Capellani ad Raynaldum Canon. et Domini Regis Capellanum

Universis (1) praesentem paginam inspecturis Alatrinus Domini Papae Subdiaconus, et Cappellanus salutem in Domino. Cum Dominus Raynaldus Canonicus Sanctae Mariae Albestatensis Domini Regis Cappellanus Sanctae Crucis caractere insignitus volens Domino exolvere votum suum obtenta licentia ab Episcopo, et capitulo suo, et ante terminum generale a summo Pontifice constitutum, festum scilicet S. Michaelis proficiscendi arripuerit iter suum, et quia Dominus Rex ire non poterat in termino constituto, nec ipse Raynaldus proficisci posset sine auxilio ipsius Regis, cum sibi propriae non suppetant facultates, et Rex obtinuerit a Domino Papa inducias usque ad festum Beati Benedicti, dictus Raynaldus Magistro Conrado de Maguntia, qui super facto Crucesignatorum fuerat a summo Pontifice Delegatus, humiliter supplicavit, ut ei daret inducias, quousque Dominus Rex arriperet iter suum; et quia dictus Magister C. aliis negotiis impeditus intendere non poterat sua dispensatione ipsius R. suam nobis vicem commissit super facto R. praedicti. Unde Nos auctoritate ipsius C. qua fungimur in hac parte, dicto Raynaldo inducias duximus concedendas quousque iter Rex arripiat exequendi gratia votum suum. Et ut nullus super hoc ipsum Raynaldum aliquatenus audeat perturbare praesentem paginam sibi concessimus nostri sigilli munimine roboratam.

(1) Extant in Mss. Cod. Auton. Amico.

XXXIII.

Honorius III sententiam pro Mathaeo Phil. latam exegui mandat

A. 1219

Honorius (1) episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Sancti Joannis de Heremitis, et Sancti Spiritus Abbatibus Cistertiensis ordinis Panormitanis, Salutem, et Apostolicam benedictionem. Dilectus filius magister Matheus Philosophus interpres ct familiaris noster in nostra preposuit presentia constitutus, quod S. (2) dicta Abbatissa monasterii Sancte Mariae quondam Aluise de Marturano (3) panormitaoa super quadam domo ad Ecclesiam suam Sancte Mariae de Amirato de jure spectante ipsum indebite molestare presumit contra sententiam judicum delegatorum a nobis pro eo super hoc ratiouabiliter promulgatam temere veniendo: ideoque discretiooi vestre per apostolica scripta mandamus quatenus dictam S. ut a prefati magistri super hoc indebita molestatione penitus acquiescat, monitione premissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Datum Rome apud Sanctum Petrum nonis Maji; pontificatus nostri anno tertio.

(1) Ex authographo in Tabular. Palat. Cap. servato.
(2) *Soror.*
(3) Monasterium S. Mariae de Martorana conditum est anno 1194, XII Indict., mense Augusti ab Aloysia Goffredi Martorana uxore. Pirri *Notit. Eccles. Panor.* pag. 360.

XXXIV.

Honorius III confirmat sententiam pro Ecclesia S. M. de Admirato contra Abbatissam S. M. de Marturano.

A, 1219.

Hooorius (1) Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Magistro Matheo philosopho scriptori et interpetri nostro salutem et apostolicam benedictionem. Justis peteotium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordaot, effectu prosequente complere. Quapropter dilecte in domino fili tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu diffinitivam sententiam quam veoerabiles fratres nostri, Panormitanus et Montis Regalis Archiepiscopi et Episcopus Cephaludensis pro Ecclesia tua Sancte Marie de Ammirato contra S. Abbatissam Sancte Mariae Aluise de Marturano monasterii sui nomine super quadam domo, auctoritate nostra rationabiliter promulgarunt, sicut est justa nec legitima provocatione suspensa, et in autentico ex inde confecto, plenius cootinetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit. Indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Reati III Id. Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

(1) Autographum membranaceum servatur in Tabulario Palat. Cap.

XXXV.

Honorius III confirmat sententiam pro Ecclesia S. M. de Admirato contra Rach. et Alex. de Farrasio.

A. 1219.

Honorius (1) Epicopus servus servorum Dei. Dilecto filio Magistro Matheo philosopho scriptori et interpetri nostro salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Quapropter dilecte in domino fili tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu diffinitivam sententiam quam venerabiles fratres nostri Panormitanus et Montis Regalis Archiepiscopi et Episcopus Cefaludensis pro Ecclesia tua Sancte Marie de Ammirato contra Rachelem et Alexandrum de Farrasio milites panormitanos super quodam furno (2) auctoritate nostra rationabiliter promulgarunt sicut est justa nec legitima provocatione suspensa et in autentico ex inde confecto plenius continetur auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Reati Kal. Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

(1) Hujus diplomat. authogr. servatur in Tabulario Palat. Cap.

(2) In dotatione hujus Ecclesiae fuit assignatum hunc furnum, ut habet diploma a nobis relatum num. V.

XXXVI.

Honorius III Ecclesiam S. Marie de Admirato in sedis Apostolicae clientelam suscipit.

A. 1221.

Honorins (1) Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Magistro Matheo philosopho Subdiacono et Cappellano nostro salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et ne pravorum hominum molestiis agitentur eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Quapropter dilecte in domino fili tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu personam et Ecclesiam tuam Capellam regiam (2) Sancte Marie de Ammirato in Civitate Pa-

(1) Extat authographum in Tabulario Palat. Cap.

(2) *Capellam Regiam)* Quoniam jussu Rogerii Ecclesia D. Mariae de Admirato a Georgio Antioch. fuit condita, in eaque pro salute et prosperitate Regis et filiorum ejus precationes fundebantur, ideo in Capellam Regiam tunc evasit. Vide diploma fundationis num. V.

normi quam te canonice proponis adeptum cum omnibus bonis quae in presentiarum eadem Ecclesia rationabiliter possidet aut in futurum justis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et sicut eam juste possides et quiete auctoritate tibi apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut per rectorem et Clericos Grecos dumtaxat ipsi semper Ecclesiae serviatur sicut obtinuit usque modo. Ita tamen quod iidem in subjectione ac devotione Sacrosanctae Romanae Ecclesiae jugiter perseverent (3). Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis, confirmationis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Dat. Later. X Kal. Januarii, Pontificatus nostri anno quinto.

(3) Patet ex hoc loco pontificiae auctoritati subjectam proxime fuisse hanc Ecclesiam regnante Honorio, non autem anno 1113 ut ex supposititio diplomate affirmat Pirrus. Vide in num. V, notam 3.

XXXVII.

Fridericus Imperator confirmat Reg. Capellae Rogerii et Henrici privilegia.

A. 1225.

Fridericus (1) divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, et Rex Siciliae. In Principis dextera rerum status, et ad eorum nutum decursus temporis integratur, cum que ab eorum Progenitoribus pia sunt consideratione disposita, robore muniunt firmitatis, et laudabiliter facta laudabili prosequuntur assensu maxime ubi divine spes retributionis accipitur, et remedia interveniunt animarum. Ex presentis igitur privilegii serie universis nostris fidelibus presentibus, et futuris volumus esse notum quod cum in die Beati Stephani Prothomartiris essemus in Cappella nostra Palatii Panormi divinum officium audituri (2) Cantor, et Capitulum ejusdem Cappelle fideles nostri se nostre Majestati devotissime praesentantes obtulerunt nobis quoddam Privilegium ab Avo nostro inclite recordationis Rege Roggerio ipsi Cappellae ac canonicis ipsius indultum, quod aurea bulla fuerat insignitum, quam quia quidam instinctu ductus diabolico, et auri cupidine cecus a Privilegio furtim abscidit sicut dixerunt, et probabiliter videbatur: supplicaverunt celsitudini nostre ut ipsum innovari Privilegium, et nostrae confirmationis faceremus munimine roborari, cujus tenor talis est (3). In nomine sanctae et individuae Trinitatis Rogerius divina favente clementia Rex Sicilie ducatus Apulie, et Principatus Capue. Novere gentes, et populi per mundi climata constituti per quot, et quantos sudores bellicos, quanto vite discrimine predecessores, et progenitores nostri pie recordationis, et beate memorie Robertus Guiscardus patruus noster Rogerius Comes Pater noster, et ceteri patrui nostri, atque consanguinei ab ini-

(1) Ex authographo membranaceo Palat. Capellae.
(2) *Audituri)* Solemni liturgiae in Capella Palatina reges nostros adesse consuevisse incomperto est apud omnes quibus historia nostrorum regum innotuit. Consule de Johanne de Div. sic. officiis.
(3) Relatum habetur num. V.

micis fidei christiane sarracenis miserabiliter occupatos universos fines Siciliae, Calabrie, Apulie, et Longobardie suo dominatui subjugarunt, quibus omnipotentis Dei inestimabiliter benignitas misericurditer cooperata nobis misericorditer longeque copiosius gratiam suam ampliavit. Non solum enim que patrem nostrum contigit acquisitionem verum etiam omnium labores, et parta nostre dictioni subjecit, et potestati, sacrosancte igitur matri nostre Romane Ecclesie auctoritate, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Principum, Comitum, Procerum cleri nostri Regni, et totius populi communi consilio, Regnum, quod absolverat multis jam evolutis temporibus benignitate Redemptoris diebus nostris rediit in statum pristinum, et formam Regni in integrum perfectam honorificentius decoratam magnifice sublimatam aspirante nobis itaque septiformis Salvatoris Gratia ad honorem Dei, cujus misericordia nostra prosperantur in melius, et Beate Virginis Marie omniumque sanctorum titulo Beati Petri Apostolorum Principis intus nostrum Palatium Regale, quod est in Urbe Panhormi Ecclesiam fabricari fecimus summa devotione ita quidem ut nulli persone liceat in ea sibi aliquid vendicare, nisi per nos, aut eos qui nobis in Regno succedent. Nos autem pro salute animarum predecessorum nostrorum Roberti Guiscardi, et Rogerii Comitis patris nostri, et matris nostre Adelasie, et Elvire Regine uxoris nostre, et filiorum nostrorum et omnium parentum nostrorum, et eorum omnium, qui in acquisitione Siciliae studium impendere pro nostrorum etiam remedio peccatorum eorumque omnium, qui predictam Ecclesiam juverint, et dignitatem ejus custodierint nomine dotis in presenti damus ei pro cimiterio Ecclesiam sancti Georgii novam hoc tenore, ut nulli liceat persone aliquid de bonis eidem Ecclesie subtrahere, vel auferre. Octo autem ibidem prebendas constituimus duas earum in redditibus septingentorum tarenorum ad granum unum cum vineis, et domibus suis, et terris sicut divisum est in alio Privilegio, et singulis annis singulas harum duarum accipere frumenti modios sessaginta, et totidem ordei, singulas itidem harum duarum prebendarum septingentos tarenos accipere. Item quatuor alias prebendas in redditibus quingentorum tarenorum cum vineis, et domibus suis, et terris sicut divisum est in alio Privilegio, et singulis annis frumenti modios quatraginta, et totidem ordei per singulas. Duas etiam alias, que cum sint hujus Ecclesie, ordinate tamen sunt in cappella Regine bone memorie Elvire in redditibus ducentorum tarenorum ad granum unum cum domibus, et vineis sicut divisum est in alio Privilegio, et singulis annis frumenti modios viginti duos cuique. In Ecclesia vero confessionaria pro personis ibidem servientibus ducentos, et quinquaginta tarenos, et frumenti modios viginti sex, et constituimus, ut redditus omnium tarenorum de molendinis Urbis Panhormi proveniat, medietas in Nativitate Domini, et alia medietas in Pascha, victualia vero termis mense Augusti. Si qua vero personarum, cui praedicti redditus sunt statuti decesserit praebende victualia tam pro Vicario quam pro cultu vinee et domus utensilibus interim conserventur. Si quid erit residuum, Christi pauperibus erogetur. Tareni vero praebendae in manu Regis sint, ut aut usibus Ecclesie applicentur, si ita res exigat, aut pauperibus Christi distribuantur. Hoc autem dispositum, et constitutum pro salute predecessorum nostrorum, et peccatorum nostrorum, haeredumque nostrorum remedio. Filiis nostris summopere committimus, et commendamus, ut sicut ipsi Dei, et nostram benedictionem, et gratiam promerere desiderant; sic quisque pro sua persona diligentissime studeat custodire. Si qua vero persona de Regno nostro huic nostro Privilegio contraire tentaverit pro qualitate commissi tamquam sacrilegus, et Regiae Ma-

jestati reus poene condigne subjaceat, quod si persona de Regno non fuerit, que nostra sancita violare presumpserit; anathematis gladio fodiatur, et Omnipotentis Dei Patris, et Filii, et Spiritus Sancti iram sentiat sempiternam nisi resipuerit, et congrua satisfactione correxerit. Amen. Nos igitur attendentes quia predicta Cappella dicti Regis Avi nostri structura fuerit specialis, et in nostrum heredumque nostrorum redundat honorem, quicquid conferimus obsequentibus in eadem; supplicationes dicti Cantoris, et Capituli illariter, et clementer admisimus, et illius intuitu per quem feliciter vivimus, et regnamus, et reverentia Principis Apostolorum ad cujus honorem est Ecclesia ipsa constructa, ac pro salute nostra, et remedio animarum praefati Regis, et aliorum Regum ac felicium Augustorum parentum nostrorum memorie recolende supradictum Privilegium de verbo ad verbum sicut superius est expressum renovavimus, et sicut temporibus dicti Regis Avi nostri et aliorum Regum predecessorum nostrorum Canonici predicte Cappelle eo uti consueverunt pacifice, et quiete confirmationis nostre munimine perpetuo duximus roborandum: de majori quoque gratia nostra scriptum confirmationis quondam domini Imperatoris patris nostri inclitae recordationis super justitiis (4) prebendarum suarum Canonicis ipsius Cappelle indultum. Nec non et oblationem singulis annis in certis festivitatibus exibendam, et luminaria pro eadem Cappella, et anniversaria Trium Regum, sicut ea de Jure consueverunt habere ipsis, et eorum posteris in perpetuum confirmamus. Ad hujus autem renovationis, et confirmationis nostre memoriam, et robur in perpetuum valiturum presens Privilegium per manus Joannis de capua notarii et fidelis nostri scribi, et sigillo Majestatis nostre jussimus communiri anno, Mense, et Ind. subscriptis (5).

Datum in Civitate nostra Panhormi anno Dominicae incarnationi millesimo ducentesimo vicesimo quinto mense Januarii tertiedecime Indictionis Imperii Domini nostri Friderici Dei gratia invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, et gloriosissimi Regis Sicilie anno quinto Regni vero Siciliae vicesimo septimo feliciter Amen.

(4) Justitia, praestatio, census quod alicui in re quavis competit. De Cange V. *Justit.*

(5) Ex calce diplomatis pendet sigillum cerae comunis in capside lignea clausum, in quo spectatur Fridericus Imper. sedens imperiali in sede dextera tenens sceptrum liliatum, sinistra mundi figuram cui superposita est crux. Circum circa † *Fridericus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Rex Sicilie.*

XXXVIII.

Joannes a Friderico Imp. Reg. Cap. Canonicus electus gratias agit Capitulo, quod in socium receperint.

A, 1230.

Viris nobilibus (1), et discretis karissimis suis confratribus, et amicis Capitulo Regiae Cappellae Palatii Panormi Joannes Fortiusbrachii, Dei gratiae, Imperialis Aulae Cappellanus, et Canonicus S. Mariae Transtiberinae, et etiam Tridentinus, fraternum amorem, et veram in Domino karitatem.

Quoniam propter quaedam magna nostra negotia, quae per Mundi partes in

(1) Extant hae literae in Mss. Anton. Amico.

Graeciam, Franciam, Theutonicam, ac etiam per Longobardiam fecimus usque modo, ubi nostra beneficia, et vestra, quia nostra vestra sunt, Dei gratia possidemus; vestram confraternitatem nostris nuntiis, vel literis visitare non potuimus. Ideo nuper defectum supplere firmiter affectaotes, Universitati vestrae gratias referimus immeosas de magna benignitate, et curialitate (2), quas erga nos demonstrastis exccutionibus perducendo quod vobis a Domino nostro Imperatore pro vobis fuit datum firmiter io mandatis, ut nos haberetis vestrum socium, et confratrem, quod cum maximo amore, et diligentia vos fecistis, secuodum quod in literis, quas Domino Comiti Patri oostro destinastis humaniter, continetur. Quo circa vestram Confraternitatem, et discretionem in Domino, sicut possumus, exoramus, quatenus vestram curialitatem nunc super nos taliter demonstretis, ut Ecclesiam ipsam honorare, et vobis omnibus deservire in Romana Curia et in Imperiali omni tempore valeamus, et ut Domious Papa, et Dominus noster Imperator vobis gratiarum referre pro nobis valeant actiones. Hunc autem Martinum latorem praesentium nostrum Nuntium, et fidelem ad vos specialiter destinamus, ut per ipsum quidquid nobis mittere placet securiter destinetis, nobis per eum, si placet, vestras literas rescribentes. Verum si aliquod servitium Capitulo, vel speciale alicujus est necesse, nobis tamquam uni ex vobis securiter injungatis, quia pro unicuique vestrum ita semper quod pro nostra persooa propria faciemus. Valete.

(2) Comitate, humanitate: more curialium.

XXXIX.

Litterae Octaviani Comitis patris Joannis ad Capitulum Reg. Capellae.

A. 1230.

Speciali (1) Amico suo Venerabili Capitulo Cappellae Regis Panormitanae Octavianus de Monumento Dei, et Regis gratia Comes Coxiae, et Caleni, et Romanorum Consul salutem et pleni amoris dulcedinem.

Auditis, et inspectis vestris literis gratanter recepimus, et ea, quae continuerunt ipsae literae pleno novimus intellectu pro quibus vobis grates reddimus infinitas. Ad haec autem sciatis, quod Diaconum Joannem latorem praesentium, dilecti Filii nostri procuratorem ad vos cum literis praesentibus destinamus; rogantes humiliter, et devote quatenus nostrarum precum intuitu ipsum procuratorem dilecti filii nostri pro nostro amore habere dignemini commendatum super facto Cappellae Panormitanae, et in aliis omnibus, quae possuot nostro filio ad commodum redundare, quod proinde Dominus noster Rex Fridericus meritum, et gratias reddere valeat infinitas, et nos vobis exinde teneamur respondere cum plenis servitiorum, et actionum gratiis.

(1) Ex Mss. Anton. Amico.

XL.

Testamentum Parisii Imper. Capellae Clerici.

A. 1237.

In nomine (1) Domini. Amen. Anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo trigesimo septimo, sextodecimo mensis Februarii decime Inditionis. Imperii vero Domini nostri Friderici illustrissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti Reg. Jherusalem et Siciliae anno sextodecimo Regni vero ejus Jherusalem anno duodecimo, Regni vero ejus Siciliae anno quatragesimo secundo feliciter amen. Dum ego Parisius Imperialis Cappellae panor. Clericus quamvis detinerer egritudine, tamen recepto sacro sancto Corpore Domini nostri Jesu Christi et meae rationis compos exhistens: tale de rebus meis in presentia proborum virorum testium subscriptorum condidi testamentum. In primis judico (2) quod habeo medietatem domus cum jardinello sibi conjunto sitae in ruga Keleb juxta jardinum Not. Johannis Sicci foris cassarum (3) cujus altera medietas est contissae servientis meae, quam videlicet medietatem meam judico eidem contissae in vita sua, ita tamen quod in vita sua teneatur dare quolibet anno pro meo anniversario faciendo tarenos sex et post mortem suam judicet ipsam domum totam cum jardinello cuicumque voluerit qui teneatur dare annuatim proprio anniversario suo et meo tarenos decem sin autem deveniatur ipsa domus et jardinellum ad dominium et potestatem Imperialis Cappellae, salvo anniversario nostro tarenis decem sicut superius continetur (4). Item habeo medietatem jardini quod dicitur Mahassar (5) cujus altera medietas est contissae servientis meae sitae juxta jardinum Gerbiae. Item habeo pallium unum de bruno forratum de candeto rubro, tunicam et cappam de florentino. Item judico et volo quod medietatem predicti jardini Mahassar cum tota ipsa robba mea vendantur per manus epitroporum (6) meorum et totum precium eorum distribuatur pro anima mea per manus ipsorum sicut inferius continetur. In primis matri panormitanae Ecclesiae tarenos decem et processioni ejusdem tarenos decem, Cappellano tarenos duos, Clerico tarenum unum, Campanario primo tertio nono et quadragesimo tarenos duos, pro fovea facienda tarenos duos, pro Cilicio tarenos quinque, pro cera tarenos triginta. Processioni Imperialis Cappellae tarenos quadraginta, Sancto Michaeli de Indulciis tarenos viginti, Processioni Graecorum tarenos sex, Sanctae Mariae Picte tarenos duos. Sancto Theodoro de Canseis tarenos duos, Sancto Salvatori tarenos duos, Sanctae Mariae de Cancellario tarenos duos, Sanctae Mariae de Marturana tarenos duos, S. Matteo tarenos duos, Sancto Antonino tarenos tres, pro tertio, nono, quadragesimo et anniversario tarenos quadraginta, pro missis canendis tarenos quinquaginta, hospitali Sancti Johannis tarenos duos, opere Campi Grossi tarenos quatuor, Presbitero Sansuno magistro Cappellano panor. et fratri suo

(1) Exscripsimus ex Mss. Codice qui extat in Tabul. Ecclesiae.

(2) *Judico)* Concedo, dispono, lego: Phrasis Longobard. et Gothis familiaris.

(3) Addi possunt via haec et domus Parisii, in descriptione quam de suburbiis veteris Panormi clariss. Salv. Morso exhibuit in suo op. pag. 215.

(4) In Martyrol. Membranaceo Reg. Capellae, nota marginalis apposita invenitur hoc modo: *obiit dominus Parisius Clericus Capellae Regiae... nos qui judicavit pro anniversario suo quolibet anno tarenos quindecim.* Vide in *Bibl. Sacra*, vol. I.

(5) Vox saracenica quae locus paludis vel arundineti significat. Morso pag. 231.

(6) Ab ἐπίτροπος curator, cui rei alicujus cura committitur.

consanguineis meis tarenos viginti, filiis quondam Johannis Longi consanguineis meis tarenos viginti, Raynaldo sutori tarenos sex, debeo dare Ravellisio tarenos quatuordecim, Constantiae filiae Seui judicis tarenos decem, Xrispinae tarenos quatuor, Presbitero Guillelmo patrino meo tarenos duos, pro missis canendis. Item judico Contissae servienti meae praedictae tarenos sexaginta sex, pro helemosina ad opus pauperum tarenos viginti, omnibus epitropis meis tarenos triginta. Item judico me sepeliri in praedicta ecclesia Sancti Michaelis de Indulciis pro quibus omnibus firmiter tenendis et observandis statuo epitropos meos dominum Jachobum Imperialis Cappellae Canonicum. Presbiterum Sansonem magistrum Cappellanum panor. dominum Philippum de Chimina et Petrum Concisum. Siquid autem minus aut residuum fuerit sit in arbitrio predictorum meorum epitroporum, Ad hujus igitur rei memoriam et animae meae salubre subsidium presens testamentum inde fieri feci per manus Mathei de Argusi Diaconi publici Tabellionis panor. propria manu signatum et proborum virorum testimonio roboratum.

† *Ego dictus Parisius Imperialis Cappellae panor. Clericus qui supra predicta concedo et confirmo.*
† *Ego Jacobus Imperialis Cappellae Canonicus epitropus prenominati domini Parisii interfui, et testis sum.*
† *Ego Philippus de Chimina Imperialis Cappellae Diaconus epitropus predicti domini Parisii interfui, et testis sum.*
† *Ego Sansunus pan. ecclesiae magistro Cappellano epitropus prenominati Parisii interfui et testis sum.*
† *Ego dictus Petrus Concisus ejus epitropus quae supra predicta confirmo.*
† *Ego Gullelmus Cappellanus palacii panor. testis sum.*
† *Ego Dominicus Montioni testis sum.*
† *Ego Raynaldus Matteo miles testis.*
† *Ego Raynaldus Sutor testis sum.*
† *Ego testis sum.*
† *Ego Philippus Anchellus testis sum.*
† *Ego Matteus concessis testis sum.*
Signum de Augusti diaconus publicus Tabellio panor. rogatus scripsi.

XLI.

Frid. Imp. Capellaniam Castri Geracii confert Nicolao Tertiario.

A. 1239.

Fridericus (1) Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Jerusalem, et Siciliae Rex.

Notum facimus Universis quod Nicolao Terciario Cappellae Sacri Palatii nostri Panormi fideli nostro, ad supplicationem ipsius Terciarii, Cappellam Castri nostri Geracii in Sicilia, quae ad collationem nostram spectare dignoscitur, quam idem dictus Nicolaus clericus vacare asseruit ex obitu Presbyteri Roberti de Geracio, qui ex concessione quondam Comitis Aldoyni tunc Domini ejusdem Castri tenebat, de gratia nostra concessimus (si vacat) cum omnibus justiciis, et rationibus suis; ad cujus concessionis nostrae memoriam praesentes litteras fieri, et sigillo Majestatis nostrae jussimus communiri.

Datum Corneti octavo Martii XIII Ind.

(1) Ex Ms. Anton. Amico.

XLII.

Matthaeus Ecclesiarca Cleri Graecorum Panor. vendidit Gulielmo Notario viridarium.

A. 1239.

† σίγνον χειρὸς ματθαίου ἱερέως καὶ ἐκλησιάρχου πόλεως πανόρμου †

† σίγνον χειρὸς τζοάννας γυνῆς αὐτοῦ θυγατέρας ποτὲ στεφάνου μινδιτζήνου καὶ ἀτζυλίνας

† σίγνον χειρὸς βενούντας ἀνεψιᾶς αὐτῆς καὶ θυγατέρας ματθαίου σσούφρει

† σίγνον χειρὸς Θώμου ὁ ἀνὴρ τῆς ῥηθήσης βενούντας † κἀγὼ ματθαῖος σσούφρει στέργω τὰ πάντα ταῦτα

Εἰς τὴν συντρεχοῦσαν εἰκάσι τεσσάραν τοῦ δεκεμβρίου τῆς ἐνισταμένης ἰνδικτιῶνος γ' ἐπὶ τῆς ὀρθοδόξου τοῦ κραταιοῦ ἡμῶν αὐθέντου φρεδερίκου μεγάλου βασιλέως καισάρου αὐγούστου καὶ αὐτοκράτορος ῥώμης καὶ ῥηγὸς πάσης σικελίας καὶ ἱερουσαλὴμ ἔτους ἀπὸ ἀρχητίσεος κόσμου διατρέχοντος ςψμή ἐγὼ ὁ προρηθεὶς ματθαῖος ὁ ἱερεὺς καὶ ἐκκλησιάρχος τοῦ εὐκοῦ κλήρου τῶν γραικῶν πόλεως πανόρμου σὺν τῇ ἐμῇ γυναικὶ τζοάννᾳ θυγατέρᾳ τοῦ ποτὲ στεφάνου μϊνδιτζήνου καὶ ἀτζυλίνας σὺν καὶ τῇ ἀνέψιᾳ ἡμῶν βενούντᾳ θυγατέρᾳ ματθαίου σσούφρει καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Θωμᾶ θέσμεν κοινῇ βουλῇ ἡμῶν καὶ θελήματι χωρίς τινὸς βίας ὁμολογοῦμεν διὰ τοῦ παρόντος ἐγγράφου ὡς ὅτι μετὰ καλοῦ ἡμῶν θελήματος πεπράκαμεν τὸ ἡμέτερον περιβόλιζον σὺν τῶν μετ᾽ αὐτοῦ ἐν τοῖ φυτκίων καὶ φρέντων καὶ δένδρων καὶ τριῶν κελλείων καθὰ περιέρχεται καὶ περικλύζεται σὺν εἰσοδοεξόδῳ αὐτοῦ καὶ διαφερόντων τυχείων καὶ πάντων αὐτοῦ δικαιωμάτων πρὸς σὲ

(1) Exscripsimus ex opere Salv. Morso qui hoc autbogr. membranaceum in Tabul. R. Capellae servatum interpetravit. pag. 391. Citatur etiam a J. Joanne de D. *Sic. Offic.* pag. 71.

† Signum manus Matthaei Sacerdotis, et Ecclesiarcae Civitatis Paoormi †.

† Signum manus Tzoannae uxoris eius, filiae qoondam Stephani Mioditzeni, et Atzuliuae.

† Signum manus Benootae consobrinae ipsius, et filiae Matthaei Ssuffrei.

† Signum manus Thomae viri dictae Benuotae † et ego Matthaeus Ssuffrei confirmo omnia haec.

Vertente(1) vigesima quarta die Decembris curreotis Indictionis tertiae, sub orthodoxo potenti nostro Domino Friderico magno Rege, Cesare Augusto, et Imperatore Romae, et Rege totius Siciliae, et Jerusalem, Anni ab origine Mundi 6748 (2) ego praedictus Matthaeus Sacerdos, et Ecclesiarca illustris Cleri Graecorum Civitatis Panormi com mea uxore Tzoaooa filia quondam Stephani Minditzeni, et Atzulinae, et cum consobrina nostra Benunta filia Matthaei Ssuffrei, et Thoma eius viro, communi nostro consilio, et voluotate, absque ulla vi, profitemor per praesentem scripturam, quod, bona nostra voluntate, vendidimus nostrum *peribolizum*(3) cum omnibus in ipso plantis, septis, arboribus, et tribus cellis, sicut limitatum, et circumclusum est, cum ingresso et egressu eius, et diversis muris, et omnibus pertinentiis eius, tibi Domino Notario Gulielmo, et Canonico Boek, et Plerani pro ta-

(2) 1239.

(3) Locum clausum.

Κύριον γυλιέλμον καὶ κανόνικον βόηα καὶ πλεράνου διὰ ταρία διακόσια πεντήκοντα ἅτινα ταῦτα τὰ ῥηθέντα σν ταρια παρὰ σοῦ ἀπελάβομεν χρυσᾶ τέλεια καὶ ἀνέλλοιπα εἰς τὴν ζυγὴν πανόρμου ἀπεδώκαμέν σοὶ δὲ τὸ ῥηθὲν περιβόλιζον συν τοῦ αὐτοῦ φυτεῖαν καὶ τοῦ φρέντος καὶ τῶν τριῶν αὐτοῦ κελλείαν καὶ πάντων αὐτοῦ δικαιωμάτων τὸν ὄντα καὶ διακείμενον εἰς τὴν ἐπέριξ πολεως πανόρμου εἰς τὴν ῥύμην ἐπιλεγομένην ἄκωπε ἐττύρας ἡ ἀπάγης πρὸς δέγεσιν. τοῦτο δὲ τὸ ῥηθὲν περιβολΐζον καθὰ περιέρχεται περιέλθηται ἐξ ἰκείας ἀγορᾶς τῶν ἡμετέρων ποτὲ γονέων στεφάνου μινδιτζήνου καὶ ατζυλίνας καὶ εἰς ἡμᾶς περιέλθη εἰς προῖκον ἡμῶν περιχριζόμενον δὲ οὕτως κατὰ ἀνατολὴν ὁ οἶκος τοῦ ῥεναλδου δασκέλα καὶ ἐκ δυσμῆι ὁ ῥύμη δι' ἧς εἰσοδοέξοδος, καὶ ἐκ νότου ὁ οἶκος Κωνστάντζα καὶ ἐκ βορρᾶς ἐστὶ ἡ μεγάλη δημόσια ὁδὸς δι' ἧς ἡ ἑτέρα εἰσοδοέξοδος καὶ οὕτως συγκλύει. τοῦ δὴ ἐξουσίας ἔχειν σεαυτὸν προῖκον ἀκόλητον εἴτε καὶ βουλόμενον πωλεῖν χαρίζειν καὶ διαπράσσειν σὺν κληρονόμοις ἰδίοις ἡμεῖς δὲ ἐσόμεθα σοι δεφενδεύται ἀπὸ παντὸς προσώπου ξένου τε καὶ ἰδίου καὶ ἀπὸ πάσης ζητήσεως ἐπάνω τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν κηνοίτων καὶ ἀκηνοίτων, εἰδ' οὐχὶ διπλάσωμέν σοι τὰ ἀνώτερα σν ταρία καὶ ἐξόδους καὶ πρὸς τὸ διμόσιον ζημιωθόμεν αὐγούστας Κ καὶ εἰθ' ἐῤῥώσθη ἡ παροῦσα ὄνη εἰσχυρὰ καὶ ἀμετατρεπτὴ ἐς ἀεῖ γραφὴ μηνὶ καὶ ινδικτιῶνι καὶ ἔτει τοῖς ἀνωτέροις προτρωπῇ τοῦ ἱερωτάτου ἀπάπα πόλεως πανόρμου Κυρίου φιλίππου χειρὶ βασιλίου εὐτελοῦς ἱερέως πουπλίκου ταβουλαρίου πανόρμου

† Ego Petrus Panormitanus Canonicus subscripsi.

† Ego Nicolaus de Stacio Panormitanus Canonicus subscripsi.

renis ducentis quinquaginta, quos dictos ducentos quinquaginta tarenos a te accepimus aureos perfectos, et exactos ad stateram Panormi (4), dedimus vero tibi dictum *Peribolizum* cum eius plantis, et septo, et tribus eius cellis, et omnibus juribus, existens, et positum in *Eperix* (5) Civitatis Panormi in vico dicto *Acpe Etturus* qui ducit in *Degesim*. Hoc vero dictum *Peribolizum*, sicut limitatum est provenit ex propria emptione nostrorum quondam parentum Stephani Minditzeni et Atzulinae, et ad nos pervenit in dotem. Haec autem sunt confinia. Ad Orientem (est) domus Renaldi Dasculi, et ex Occidente vicus, per quem ingressus et egressus, et ex Austro domus Costantzi, et ex Aquilone est magna via publica, per quam alter ingressus et egressus; et sic clauditur divisa. Ad habendum te liberum dominium vendendi, gratificandi, commutandi cum propriis haeredibus. Nos autem erimus tibi defensores ab omni persona extranea, et consanguinea, et ab omni quaestione super nostra bona mobilia, et immobilia. Sin minus duplicahimus tibi supradictos ducentos sexaginta tarenos, et expensas, et Fisco solvemus pro mulcta augustales (6) viginti et sic corroboretur praesens venditio firma, et immutabilis in perpetuum; scripta Mense, et Indictione, et Anno supradictis, hortatu sacratissimi Protopapae Civitatis Panormi Domini Philippi, manu Basilii humilis Sacerdotis, publici Tabellionis Panormi.

† Ego Petrus Panormitanus Canonicus ss.

† Ego Nicolaus de Stacio Panormitanus Canonicus ss.

(4) Privilegium cudendi nummos a Nortmannis Reg. acceperant Messana, et Panormus, ex hoc in Instrumentis invenies ad pondus Panormi etc. scilicet ad normam ponderis etc. Vide *Op. Sic.* tom. XVI.

(5) Vox forsitan saracenica *Ebrese*, *diverso herbarum genere variegatus locus*. Golius pag. 255.

(6) *Nummus aureus a Friderico II primo cusus.* Riccardo a S. Germ. an. 1231. Viginti Augustales unam libram auri conficiebant. Vide in Statut. Mss. Caroli I Reg. Sic. c. 97.

† Ego Bartholomeus Comogus Paoortenus Canonicus subscripsi.

† Ego Notarius Cataldus publicus Tabellio ...... testis.

† Τοῦ ἀποιχομένε Σίμαν ἱερεύς ὑίος Ροπέρτος ἴδιος χεσιν μάρτυρ ὑπέγραψα.

† Ο' τοῦ αποιχομένου νοτάριου Ρογέριου ὑίος Στέφανος μάρτυρ καὶ ὑπέγραψα.

† Ο' τοῦ .... νοτάριου Μήχαηλ τοῦ Δόμνου ὑίος Φιλιππος μάρτυρ ὑπέγραψα.

† Ο' εν ἱερευσις καὶ ἀυτέλης Φίλιππος καὶ ἀπαπας πόλεως Πανορμου ὑπέγραψα.

† Βάσιλείος νοτάριος ὑπέγραψα.

† Ego Bartholomaeus Corsogus Panormitanus Canonicus ss.

† Ego Notarius Cataldus publicus Tabellio...... testis.

† Defuncti Simonis sacerdos filins Roberti testis subscripsi.

† Defuocti Notarii Rogerii filius Stephanus testis et subscripsi.

† ....Notarii Michaelis Domoi filius Philippus testis subscripsi.

† Sacratissimus et beatus Philippus protopapa civitatis Panormi ss.

† Basilius notarius suscripsi.

XLIII.

Gualfredus Cantor concedit cum consensu Capituli quoddam frustum terrae ad Cantoriam pertinentis.

A, 1244.

In nomioe (1) domini Amen. Aono dominicae incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto. Imperii vero domini nostri Friderici illustrissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti Regis Jherusalem et Siciliae anno vigesimo tercio. Regni vero ejus Jherusalem anno nonodecimo, Regni vero ejus Siciliae anno quadragesimo nono feliciter amen (2). Ne possessiones ecclesiarum ad nihilum redigantur quae propter inopiam nequeunt relevari sic debent rectores earum de ipsis salubriter providere ut eorum astucia aliquod de possessionibus suis comodum acquiratur et ipsi Rectores non possint de incuria reprehendi. Ideo est quod Nos Gualfredus Imperialis Capelle Panormi Precentor presenti scripto fatemur qnod cum haberemus quamdam pecciam terre pertinentem prebendo dicte Cantorie nostre positam partem Panormi in Contrata dyscomye juxta vineam domini Roberti de perna quae olim fuit domine Agathe uxoris quondam domini Raymundi secreti de qua modicum proficuum consequi poteramus, de consilio et consensu Capituli ejusdem Imperialis Capelle de bona et spontanea voluntate modo nullo cogente dedisse concessisse et tradidisse et assignasse tibi Jacobo Galla predictam pecciam terre cum omnibus Justiciis rationibus et justis pertinentiis et tenimentis suis ad plantaodum in ea vineam et cannetum usque ad sex annos ita quod tu tenearis totam terram ipsam deintus plantare in anno tercie videlicet indictionis proxime venture et laborare sicut decet et claudere in moenibus propriis tuis expensis dum fuerit vinea bene fertilis postquam vero dante domino fuerit fertilis vioea,

(1) Ex Archivio Imperialis Capellae.

(2) Juxta Pirri *Chronologiam Regum Siciliae* pag. xxvIII corrigendi sunt anni in hoc Instrumento in quibus regnavit Fridericus, hoc modo: anno imperii ejus trigesimo quarto. Regni Jherusalem anno decimo quinto, regni Siciliae quadragesimo sexto.

vinea ipsa ut dictum est debemus vineam ipsam sicut consuetum est dividere per medium si tunc voluerimus. Sin autem liceat nobis absolute accipere et tu dare in Ehastra quartam partem uvarum sine aliqua contrarietate. Tu autem tenearis dare nobis vel successoribus nostris quolibet anno in festo Beati Petri mense Junii salmas duas boni frumenti usque ad sex annos absque aliqua contradictione, dantes etiam tibi et haeredibus tuis plenam potestatem auctoritatem et licentiam de cetero dandi vendendi per omnia judicandi et faciendi de ea et in ea totum velle et desiderium vestrum absque nostra nostrorumque successorum vel alicujus pro parte ejusdem Ecclesiae nostrae et nostra calumnia vel contradictione quam quidem terram et vineam postquam plantata fuerit defendere nos obligamus et manu tenere et heredibus tuis contra omnem personam estrinsecam vel propinquam que tibi vel eis presumere sicut de jure est modo quolibet calumniari. Si vero aliquo processu temporis tu vel haeredes tui seu quicumque vineam ipsam possident vendere volueritis teneamini in primo requirere nos et successores nostros per dies quindecim et si ipsam emere voluerimus liceat nobis vel successoribus nostris sine contradictione aliqua ipsam emere ante omnes minus viginti tarenos de precio quod inde haberi poterit a quocumque et non liceat etiam tibi vel haeredibus tuis seu alicui pro parte vestra vineam ipsam alicui Ecclesie dare sive aliquatenus vendere vel judicare nisi tantum prebende dicte cantorie mee superius nominate. Quod si contra feceris et predicta omnia nobis ut dictum est non observaveris liceat nobis terram ipsam auferre a manibus tuis cum omni beneficio et bono in ea ante facto vel a quolibet et ad nostrum dominium revocari sine alicujus contrarietate. Fines vero predictae terrae sic distinguntur ab Oriente via publica quae vadit ad pontem ruttum quae est cannas sexaginta tres, ab Occidente via publica alia que vadit ad Sanctam Barbaram quae est similiter cannarum centum quatuordecim, et dimidio a meridie predicta vinea domini Roberti de Perna quae olim fuit domine Agatae uxoris quondam secreti Raymundi a Septentrione terra tua dicti Jacobi Galla contiguata(3), cum limite dicte terre nostre Cantorie ad hujus igitur rei memoriam et tuum tuorumque heredum perpetuum Monimentum presens scriptum inde nobis fieri fecimus per manus Mathaei de Argusi publici Tabellionis Panormi nostra et predicte Imperialis Capelle Panor. Capituli subscriptione ac plurimorum virorum testimonio roboratum, anno mense et indictione prescriptis facta est mense Marcii secunde indictionis et anno prescripto mense et indictione prescriptis.

† *Ego Gualfredus sacri Palacii precantor concedo et confirmo.*

† *Ego Sergius Consule Panor. testis sum.*

† *Ego Barths Corrogis Imperialis Capellae Canonicus ss.*

† *Ego Matheus de Inglisio Imp. Capellae Sacri Palacii pan. Can. testor.*

† *Ego Angelus Imperialis Capellae Sacri Palacii pan. Can. testor.*

† *Ego Erricus de Managi Imp. Capellae pan. Can. ss.*

† *Ego Rogerius de Corgano testis sum.*

† *Ego Matheus de Nat. apolii testis sum.*

† *Ego Matheus de Argusi publicus Tabellio pan. rogatus ss.*

(3) Contigua, vicina.

XLIV.

Transumptum Testamenti Beninati Imperialis Capellae Tertiarii.

A. 1252.

In nomine domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo octavo die mensis Julii decime Indictionis Regnante Serinissimo domino nostro Corrado dei gratia in Romaoorum Regem electo Jherusalem et Siciliae Illustrissimo Rege anno secundo feliciter amen. Nos Martinus de Calataphymo judex Panor. et Martinus publicus tabellio Civitatis ejusdem presenti scripto notum facimus et testamur quod Benevenutus Clericus Regie Cappelle Sacri Palacii panor. ad nos accedens osteodit nobis quoddam testamentum quondam domini Beninati terciarii dicte Cappelle continentie infrascripte confectum in carta bumbiana (2) per manus quondam prefati Bartholi publici tabellionis panor. petens ipsum a nobis auctoritate nostra judiciaria et per manum publicam in hanc preseotem formam publicam redigi et trascribi pro eo quod ad cautelam suam sibi necessarium fore dicebat nec diu poterat reservari maximo quia jam camulari (3) inceperat in locis pluribus propter sui vetustatem; cujus petitiones utpote justas et ratioui consonas admittentes, ipsum testamentum vidimus legimus inspeximus diligenter et relegimus seriatim, quod videntes non abolitum non abrasum non cancellatum, nec vetuperatum nec in aliqua parte sui subscriptionibus testiom et signo dicti tabellionis vicium aliquod immioere sel in sui prima figura illesum existere; excepto quod in ipso testameoto erant quedam .... quae ipsius litteras non tagebant preseotibus infrascriptis testibus, ad hoc specialiter rogatis et vocatis ipsum originale de verbo ad verbum nullo addito vel mutato seu etiam diminuto per maous mei dicti tabellionis in hanc presentem formam publicam fideliter duximus transcribendum et eum denuo de verbo ad verbum abscultavimus cum origioali predicto. Cujus testamenti tenor talis est. In nomine domini amen, anno millesimo ducentesimo tricesimo mense octobris quinte indictionis. Dum ego Beninatus Imperialis Cappelle terciarius qui detioerer infirmitate tamen persooe rationis compos existens tale de rebus meis in presentia subscriptorum testium condidi testamentum. In primis fateor me habere in stabilibus buttellariam (4) cum sex vegetibus (5) plenis vino et domum, super eam sitam in sucahc merches quas judico Venuto Clerico in Christo filio meo, habeo aliam domum sitam in ruga halfuos prope domum Jerbine servientis mee quam judico eidem Venuto libere et quiete in perpetuum tali siquidem pacto quod ipse Venutus teneatur facere anniversarium meum singulis annis de octo tarenis in Ecclesia archiepiscopatus ubi volo sepeliri et sint ibi semper clerici cappelle. Habeo hugtam in dicto darbo Jerbine quam judico nepti meae Margarite cum omnibus pertinentiis suis habeo vineam quam emi a domino Johanne Sacco

(1) Servatur authographum membran. in Tabular. Ecclesiae.

(2) *Bumbiana)* Bombicina, bombaxina: bombax, bumbacium, *cotone.*

(3) *Camulari)* Intignare, tineis corrodi: a voce arab. *camola* consumare. P. Ms. Pasqualin. *Diz. Sic. V. camula.*

(4) *Buttellariam)* Locus in quo vini dolia asservantur.

(5) *Vegetibus)* Doliis: veges Itali *veggia* dicunt.

vener. Canon. panor. que vendatur cum vino intercluso quod habeo in buttillaria cujus pretium erogetur pro anima mea secundum tenorem primi testamenti, et si plus vel minus fuerit venditio sit in arbitrio et provideotia epitroporum meorum subscriptorum judico etiam dicte Margarite nepti mee tarenos centum pro anima mea pro quibus omnibus erogandis facio epitropos meos dominum Johannem de Regio Imperialis Cappelle Canon. et dominum Matheum de Zacha si ei placuerit dominum Johannem Indulcium panorm. Canon. et dominum Bartholomeum Longum Imperialis Cappellae Canon. et Gerbinam servientem meam. Ad hujus igitur rei memoriam et salutem anime mee feci hoc scriptum fieri per manus prefati Bartoli publici Tabellionis panor. propria manu signatum et proborum virorum testimonio roboratum. † Ego dominus Beninatus qui supra... ..... et confimo. † Ego Joannes Saccus pan. Canon. † Ego presbyter Gullelmus testis sum. † Ego magister Petrus Corbusi. † Ego Laurentius .... et campi grossi. † Ego Joannes Flonti testis sum. † Ego Renaldus Sutor testis sum. † Ego Thomas de Mignan. † Ego Bartolus presbyter publicus Tabellio pan. qui supra rogatus. Ad hujus autem sumpti ex dicto originali de verbo ad verbum transumpti fidem apud alios faciendam presens publicum Instrumentum publicationis predictae inde factum est per manus mei dicti Tabellionis nostris et subscriptorum testium subscriptam testimonium et signo munitum. Scriptum Panor. anno die mense et indictione prescriptis.

† *Ego qui supra Judex Martinus subscripsi.*
† *Ego Not. Gullelmus de Acabeo rogatus predicta testor.*
† *Ego Not. Johannes de Benedictis testor.*
† *Ego Simon de Caramanna testor.*
† *Ego Not. Benedictus de panor. testor.*
† *Ego Gregorius filius quondam Not. rogatus testor.*
† *Ego Andreas Nara rogatus me ss.*
† *Ego Homodeus de Carastan rogatus ss.*
† *Ego Thomasius Formentinus testis sum ss.*
† *Ego Matheus publicus tabellio Pan. pro ut vidi et legi in dicto originali sic in hoc publico transumpto de verbo ad verbum rogatus scripsi et meo signo signavi.*

XLV.

Instrumentum Inquisitionis jurium Tertiariae Geracis.

A. 1252.

In nomine Domini amen(1). Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo undecimo die mensis Julii decime Inditionis. Regnante domino nostro domino Corrado Dei gratia Romanorum in Regem electo semper Augusto Jerusalem et Siciliae Illustrissimo Rege anno secundo feliciter amen. Nobili Magistro Martino de Calataphimo Judici Pan. et Guilielmo de Garibo publico Tabellioni Civitatis ejusdem presentibus subscriptis testibus ad hoc specialiter rogatis Dominus Nicolaus Sichus terciarius terciarie terre Giraci quoddam

(1) Authographum in membranis servat Tab. R. Cap.

scriptum publicum infrascripte continentie presentavit petens ipsum auctoritate Judiciaria modo predicto Judicis et per manus mei Tabellionis prefati in formam aliam publicam exemplare pro eo quod originale ipsum penes se retinere proponens exemplatum per nos prudentibus viris magistro Rogerio de Placia et Not. Orlando de Aydona procuratoribus rerum Curie in valle Giracii partibus Cephaludensis, et Termarum ad eorum cautelam et Curie se assignaturum dicebat. Cujus petitiones justas ut pote in favorem Curie admittens predictum originale vidimus inspeximus legimus et relegimus diligenter et videntes ipsum non abrasum non cancellatum non abolitum nec intra vicium aliquod continere sed in prima sui figura existere ipsum de verbo ad verbum nullo addito vel mutato seu indiminuto in presentem publicam formam per manus mei Tabellionis jam dicti fideliter duximus transfundendum cujus tenor talis erat. In nomine domini amen, anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quatragesimo septimo mensis Augusti quarte Inditionis imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto Jerusalem, et Sicilie Rege anno vigesimo septimo, Jerusalem anno vigesimo secundo, Sicilie vero anno quinquagesimo secundo feliciter amen. Nos Bonifilius de Grima Judex contractuum, in Pan. et Junta publicus tabellio Civitatis ejusdem per hoc presens scriptum notum facimus et testamur quod cum Nobilis vir dominus Philippus de Cathania Imperialis cammararius in Sicilia citra flumen salsum(2) fecisse fieri inquisitionem per nos predictos Judicem et Tabellionem de Juribus quod habebat prudens vir dominus Nicolaus Sichus in tertiaria Geraci quam ad se rationabiliter spectare dicebat et eidem prefato Domino Cammarario in Imperiali Curia eamdem inquisitionem factam per nos presentavimus sigillis nostris propriis sigillatam et quia idem Dominus Nicolaus habere petebat ad sui cautelam penes se publicatam inquisitionem predictam, remissa nobis ad petitionem ipsius Domini Nicolai ab eodem domino Cammarario inquisitione predicta pro ut per nos sigillis propriis extitit sigillata, idem dominus Nicolaus nostrum officium implorando, nos attente rogavit, ut predictam inquisitionem in scripturam publicam redigi deberemus ad hoc ut per eam sibi processu temporis de ipsis proventibus caveret quos ab officialibus Curie qui erunt pro tempore constituti, rebus percipere annuatim ratione terciarie sue superius nomine. Nos autem petitiones ejus admittentes ut pote justas et consonas rationi eamdem inquisitionem vidimus inspeximus diligenter et legimus nec vitiati non aboliti non cancellati non abrasi nec in aliqua sui parte vicium aliquod imminere sed in sui prima figura existere ipsa de verbo ad verbum per manus mei dicti Tabellionis nullo addito vel mutato seu indiminuto pro ut in ipsa originali scriptura invenimus in hanc presentem formam publicam duximus fideliter publicandam cujus inquisitionis tenor talis est. Nobili et Illustri viro domino Philippo de Catania Imperiali magistro Cammarario in Sicilia citra flumen salsum eorum domino et benefactori assiduo Bonifilius de Grima et Junta de Pan. Sui unquam devoti se ipsos ad servitia tam debita quam devota litteras vestre dominationis recepimus in hec verba: prudentibus viris domino Bonifilio de Grima Judic. contractuum in Pan. et domino magistro Justic. amicis suis Philippus de Catania Imperialis magister Cammararius in Sicilia citra flumen salsum salutem et amorem sincerum: cum juxta sacrum mandatum ab Imperiali celsitudine nobis factum rationes et Jura que habent in terciaria et prebendas

(2) Camerarii publicae pecuniae et aerario praesidebant, horum unus ultra, alius erat citra flumen Salsum; quod tritum in monumentis illius temporis. *Camera*, olim idem valebat, ac Fiscus.

Canonici et Clerici Cappelle sacri Palatii Pan. pro quibus proventus ab Imperiali Curia consueverunt recipere ab eis requirere debeamus, et Dominus Nicolaus Sichus terciarius Geraci ad probandum de Jure suo quod habet in terciaria Geraci per quosdam testes rationes suas probare intendat aliis servitiis Imperialibus occupatus vobis vicem nostram in hac parte duximus committendam mandantes vobis ex Imperiali parte auctoritate qua fungimur injungentes testes et alias rationes suas, quas vobis dominus Nicolaus obtulerit super Capitula interclusa debeatis juramentis ab eisdem testibus receptis diligenter examinare et recipere debeatis, et tam depositiones ipsorum testium quam alias probationes suas fideliter in scriptis redactas nobis ad imperialem Curiam sub vestris sigillis mittere debeatis datum Pan. vigesimo septimo Julii quintae Inditionis. Articuli sunt hi: vult probare Nicolaus Clericus Cappelle sacri Palatii Pan. quod terciaria Geraci tenet et possidet ex concessione Imperiali. Item quod a tempore concessionis ipsius et usque nunc per officiales Curie consuevit percipere triginta tres salmas frumenti et tertiam et septuaginta septem tarenos minus tercia ad generale pondus et mensuram de proventibus dicte terre Geraci ratione terciarie sue cujus exactionis mandatum cum omni devotione reverentia et studio exequi cupientes infrascriptas personas cum sollepnitate debita examinare curavimus seriatim et eorum dicta in scriptis fideliter redacta dominationi vestre presentibus sigillatis mittimus interclusis: notarius Leonardus de Thermis Juratus et interrogatus dixit quod dominus noster serenissimus Imperator concessit et dedit domino Nicolao Sicho terciariam Geraci interrogatus quomodo scit dixit quod vidit, et legi fecit litteras dicte concessionis, cum esset Cammararius anno quinte indit. in comitatu Geraci interrogatus si idem Nicolaus consuevit percipere triginta tres salmas frumenti et terciam ac sexaginta septem tarenis minus terciam ad generale pondus de proventibus dicte terre Geraci ratione terciarie sue predicte ab officialibus Curie dixit quod sic, de causa scientie dixit quod cum idem testis inveniret eumdem Nicolaum Sichum in possessione dicte terciarie solvit et fecit solvi et responderi sibi de quantitate frumenti et tarenos superius nominatis, dixit quod anno quinte Indit. dum duravit officium suum interrogatus si post depositam administrationem sui officii idem Nicolaus percepit dictam quantitatem frumenti et tarenos de proventibus Curie ratione terciarie suo predicte dixit quod sic, interrogatus quomodo scit dixit quod cum iret in Curia domini Oberti Falamen quondam secreti vidit predictum dominum Obertum precipientem et facientem fieri mandatum Cammarariis et terragiariis comitatus Geracii ut responderent sibi de quantitate predicta frumenti et tarenis ratione terciarie predicte do proventibus Curie et ipse idem solnit de mandato prefati domini secreti eidem Nicolao tempore sui officii. Dominus Petrus de Marillano Juratus et interrogatus dixit illud idem quod notarius Leonardus de Termis Juratus et interrogatus dixit illud idem quod primus testis notarius Hodis Juratus et interrogatus dixit quod dominus Nicolaus Sichus tenet et possit det terciariam Geraci ex concessione Imperiali interrogatus quomodo sciret dixiquod vidit litteras Imperialis concessionis ex inde sibi factas et interrogatus quando dictus dominus Obbertus Falamone quondam secretus investivit (3) eumdem Nicolaum de terciaria predicta de speciali mandato Imperiali et mandante Cammarario ut responderet sibi de proventibus ipsius terciarie pro ut antiquitus predecessores sui perceperint de tempore alio facto cum comite Aldoyno interrogatus si idem Nicolaus consuevit percipere et habere ab officialibus Curie triginta tres

(3) Possessionem tradidit. Lex J. C.

salmas frumenti et terciam et sexaginta septem tarenos minus terciam de proventibus dicte terre Geraci pertinentis sibi ratione terciarie sue predicte dixit quod sic, interrogatus quomodo sciret dixit quod vidit dominum Notarium Leonardum dominum Petrum de Marillano Thomasium de Thermis Cammararios et terragiarios comitatus Geraci solventes et facientes solvi predicto Nicolao quantitatem frumenti et tarenos superius nominatos de proventibus Curiae qui erant per manus eorum de mandato predicti domini secreti facto eisdem et ipse idem testis emit ab eodem Nicolao dictam quantitatem frumenti pro certa quantitate pecunie et percepit dictam frumenti quantitatem pro parto et nomine dicti Nicolai de proventibus terciarie sue predicte interrogatus de tempore dixit quod anno quinte decime et tercie Indit. Notarius Gatinus Juratus et interrogatus dixit illud idem quod Not. Homodeus preter quod non emit ab eo quantitatem frumenti addidit tamen quod cum esset et sit tabellio Pan. civitatis de receptione dicte quantitatis tarenorum et frumenti quam idem Nicolaus percipiebat a domino Obberto quondam secreto ratione terciario sue predicte de proventibus Curie qui erant per manus suas fecit idoneas apodixas ad cautelam dicti secreti, interrogatus de tempore dixit anno prime secunde tercie et quarte Indit. Notarius Joannes de magistro Juratus et interrogatus dixit illud idem quod Notarius Latinus preter quod non fuit tabellio addidit tamen quod cum esset Notarius in doana domini Obberti quondam secreti scripsit mandatum officialibus Curie et comissariis ejusdem domini secreti de mandato et pro parte dicti secreti ut responderent sibi de triginta tribus salmis frumenti et tercia et de septuaginta septem tarenis minus tercia pertinentibus eidem ratione terciario sue predicte de extalio (3) quod comes Aldoynus fecerat cum Canonicis ejusdem terre Geraci de proventibus ipsius terre, addidit etiam quod cum esset institutus procurator ab eodem Nicolao ad percipiendos predictos proventus ab officialibus Curie percepit pro parte et nomine ipsius Nicolai cujus erat procurator quantitatem frumenti et tarenorum superius notatam, interrogatus de tempore dixit quod jam sunt sex anni. Notarius Ogetinus Juratus et interrogatus dixit illud idem quod Notarius Joannes. Dominus Jacobus Xatt Juratus et interrogatus dixit illud idem quod Notarius Joannes de Magistro preter quod non fuit procurator nec Notarius. Dominus Bartholomeus Longus Juratus et interrogatus dixit illud idem quod Notarius Joannes de Magistro preter quod non fuit notarius nec procurator. Dominus Mattheus de Notaris Michaele Juratus et interrogatus dixit illud idem quod dominus Jacobus Salla. Dominus Henricus de Mazara Juratus et interrogatus dixit illud idem quod Notarius Joannes de Magistro preter quod non fuit notarius nec procurator. Presbiter Jacobus Floritus Juratus et interrogatus dixit illud idem quod dominus Henricus preter quod de tempore de quo dixit anno quarte Indit. Benedictus Alla Juratus et interrogatus dixit illud idem quod Notarius Joannes de Magistro preter quod non fuit Notarius. Thomas Clericus Juratus et interrogatus dixit illud idem quod Benedictus proximus testis. Mattheus Grillus Juratus et interrogatus dixit illud quod Notarius Oggerinus preter quod non fuit notarius domini secreti sed Notarius domini Pandulfi de Sciba quondam procuratoris Curie in Sicilia citra flumen salsum. Thomasius frater Dervii filiidei de Thormis juratus et interrogatus dixit illud idem quod Fridericus. Ad majorem itaque probationem idem dominus Nicolaus obtulit nobis sacram Imperialem concessionem cujus tenor talis est (4) Fridericus Dei gratia Romanorum

(3) Idem sonat quod *dar in sommo. Locorum bajuli qui a Magistris Camerariis et a Curia nostra quamquam in credentiam, vel in extalium bajulationem recipiant.* Const. Sicul. lib. 1, tit. 61.

(4) Habetur supra num. 41.

Imperator semper Augustus Jerusalem et Siciliae Rex notum facimus universis quod Nicolao terciario Cappelle sacri Palatii nostrii Pan. fideli nostro ad supplicationem ipsius terciarii Cappellam Castri nostri Geracii in Sicilia que ad collactionem nostram spectare dignoscitur quam idem dictus Nicolaus clericus vacare asseruit ex obitu presbiteri Roberti de Giracio qui ex concessione quondam comitis Aldoyni tunc domini ejusdem castri tenebat de gratia nostra concessimus si vacat cum omnibus justitiis et rationibus suis ad cujus concessionis nostre memoriam presentes litteras fieri et sigillo Maestatis nostre jussimus communiri datim Corneti ottavo Martii tertie decime Ind. ad hujus rei igitur memoriam et majorem cautelam et securitatem predicti domine Nicolai presens publicum instrumentum publicatum inquisitionis futurum sibi per manus mei dicti Tabellionis tam nostris quam subscriptorum testium subscriptione testimonio et signo munitum scriptum Pan. anno mense et Indit. pretitulatis. † Ego Bonusfilius de Grima qui supra judex Pan. contractuum ss. † Ego Rogerius de Picam. testis sum. † Ego Mattheus de Not. Michaele testis sum. † Ego Not. Philippus de Pan. testis sum. † Ego Mattheo de Pulcaro testis sum. † Ego Domad. de domioo Rachel. rogatus testor. † Ego Junta publicus Pan. tabellio rogatus interfui scripsi et signavi. Unde de futuram memoriam et tam Regie Curie quam ipsorum procuratorum cautelam presens publicum sumptum ex inde factum est per manus mei Tabellionis prefati tam nostris quam subscriptorum testium subscriptione et signo munitum. Scriptum Pan. anno die mense et indictione premissis.

† *Ego qui supra Judex Martinus subscripsi.*
† *Ego Gilbertus de Not. Michaele testis sum.*
† *Ego Henricus de Calimonn. testis sum.*
† *Ego Charusus Not. Philippi rogatus testor.*
† *Ego Johannes de Dumpno testis sum.*
† *Ego Nicolaus dè Not. Leacone testis sum.*
† *Ego Guillelmus de Geribe publicus Pan. Tabellio rogatus fideliter transtuli et signo meo signavi.*

XLVI.

Transumptum Instrumenti Tertiariae Salem (1) *ad instant. Dominici Clerici Reg. Capellae.*

A. 1253.

In nomine (2) domini amen. Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio octavo die mensis Madii undecime Indictionis Regnanté domino nostro domino Conrado Dei gratia Romanorum in Regem electo semper Augusto Jerusalem et Sicilie Illustrissimo Rege anno tercio fideliter amen. Nobis Magistro Martino de Calataphimo Judici Pan. et Guillelmo de Garibo publico tabellioni civitatis ejusdem presentibus subscriptis testibus ad hoc specialiter rogatis Dominicus Clericus Regie Cappelle Sacri Palacii Panor. quod-

(1) Sarracenice *Locus deliciarum* hodie *Salemi*.

(2) Ex Volum. primo f. 113 in Tabul. Ecclesiae.

dam scriptum publicum infrascripte continentie presentavit petens ipsum auctoritate mei predicti Judicis et per manus mei tabellionis prefati in formam publicam exemplari pro eo quod ipsum scriptum originale penes se retinere proponens exemplatum per nos nobili viro domino Nicolao de Giracio Sicilie Regis secreto citra flumen Salsum ad ipsius cautelam et Curie se assignaturum dicebat cujus petitiones justas ut pote in favorem Curie admittentes predictum scriptum vidimus inspeximus legimus et relegimus diligenter et videntes id omni carere vicio et in prima sui figura existere ipsum de verbo ad verbum nullo addito vel mutato seu etiam diminuto in presentem publicam formam per manus mei Tabellionis prefati fideliter duximus transfundendum, cujus tenor talis erat. In nomine Dei eterni amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo primo die veneris vicesimo quinto Augusti none Indictionis Regnante domino nostro Conrado Dei gratia in Regem Romanorum electo Jerusalem et Sicilie Illustrissimo Rege feliciter amen. Coram nobis Not. Joseph et Belingerio de Vellanova Judicibus Mazzarie, Ansaldo de Guittono publico ejusdem terre Notario et aliis testibus infrascriptis ad hoc specialiter convocatis et rogatis ex hujus Instrumenti serie tam presentibus quam futuris clare appareat manifestum quod prudens vir dominus Joannes Alamanus Camerarius Vallis Mazarie a domino Henrico Abbate Regie Doane de Secretis et questorum magistro in Sicilia citra flumen Salsum suas recepit litteras in hec verba cujus tenor talis est: prudenti viro domino Joanni Alamanno Camerario vallis Mazarie dilecto amico suo Henricus Abbas de Trapani Regie Doane de Secretis et questorum magister in Sicilia citra flumen Salsum salutem et amorem sincerum. Nuper ab Illustrissimo viro domino Petro Ruffo de Calabria Regni Sicilie Maniscalco litteras recepimus in hec verba. Provido viro domino Henrico Abbate etc. Petrus Ruffus de Calabria etc. Dominicus Clericus Panormitane Ecclesie Regie Curie supplicavit ut cum in Regia Cappella Sacri Palacii Pan. velit residentiam facere serviendo, terciariam Salem que olim tenuit Magister Rogerius de Cephaludo que nunc vacat in Regia Cappella predicta ex promotione ejusdem Magistri Rogerii assumpti in Episcopum Maltensis Ecclesie (2), et ad Regiam Collationem spectat, cujus annui reditus ipsius valorem duarum unciarum auri sicut asseritur non excedunt, concedere sibi regia Curia dignaretur, cujus supplicationibus annuentes vobis ex Regia parte qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus si est ita, quod predicta terciaria vacet et ad Regiam Collationem spectet ac annui reditus ipsius valorem duarum unciarum auri, sicut asseritur non excedant, terciariam ipsam cum justiciis et suis rationibus eidem supplicanti, si de cetero in predicta Regia Cappella residentiam facere serviendi, assignetis, facientes sibi de cetero de ipsius proventibus responderi datum Messan. etc. cumque nobis de premissis per inquisitionem factam ex inde plene constat vobis ex Regia parte qua fungimur auctoritate consignetis predictam terciariam Salem cum justiciis et pertinentiis suis predicto Dominico Clerico vel nuncio suo pro eo receptis proventibus assignetis. Datum Pan. vigesimo secundo Augusti Non. Ind. Auctoritate cujus mandati et executione ejusdem prefatus dominus Joannes Camerarius supradictus ipsi Dominico Clerico panormitane Ecclesie de predicta terciaria Salem quam olim tenuit Magister Rogerius de Cephaludo pro ut in supradicto mandato legitur corporalem possessionem tradidit, etiam assignavit, ad cujus Dominici electi cautelam hoc presens scriptum publicum ex inde predictus dominus Camerarius ad petitionem ipsius Dominici fieri rogavit per manus mei predicti

(2) Non ex obitu Rogerii, ut asserit Pirrus *Notit. Eccl. Melit.* pag. 909, sed ex ejus promotione in Episcopum Melitensem Dominicus suffectus fuit in Tertiaria.

notarii Aosaldi subscriptione nostrorum predecessorum Judicum et aliorum proborum virorum subscriptionibus firmatum. Scriptum Mazarie anno mense die et indictione pretitolatis. † Ego Notarius Joseph qui supra Judex Marsale predictis interfui et me subscripsi. † Ego Belingerius ex Villanova Judex Marsale me subscripsi. † Ego Riccardus de Gualterio Not. actorum Curie Marsalie testis sum et me subscripsi. † Ego Not. Bartolomeus de Magistro Salamone testis sum. † Ego Philippos Andolphi testis sum. † Ego Joannes de Lanfredo testor. † Ego Gualterius Averios testis som. † Ego Joannes de Grigena testis som. † Ego Ansaldus et Gullelmus...... publicos tabellio Marsale rogatus scripsi et propria manu signavi. Cum ad futuram memoriam et tam Regie Curie quam predicti domini Secreti cautelam presens publicum Instrumentum per manus mei prefati tabellionis sibi fieri rogavit tam nostris quam subscriptorum testium subscriptionibus testimonio et sigoo munitum. Scriptum Pan. anno mense die et indictione premissis.

Ego qui supra Judex Martinus subscripsi.
Ego Riccardus de Admirato rogatus testis scripsi.
Ego Marzuccus de Magistro Michaele rogatus testor.
Ego Joannellus Matto miles testis sum.
Ego Magister Rubinus Maniscalcus rogatus testor.
Ego Stefanus filius Joannis........ testor.
Ego Gullelmus de Garibo publicus Tabellio Marsalie trastuli et signo meo signavi.

XLVII.

Instrumentum concessionis domus cum viridariolo ad praebendam Regiam pertinentis pro ann. censu trium tarenorum auri.

A. 1258.

In nomine Domini Amen (1). Anno a nativitatis ejusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo. Octavo die mensis Jannarii prime Inditionis Regnaote serenissimo domino nostro domino Conrado secundo (2) dei gratia Jherusalem et Sicilie Illustrissimo Rege et Duce Sveviae anno quinto exhistente ejus Balio generali in Regno Sicilie (3) Magnifico viro domino Manfredo Divi Augusti Imperatoris Friderici filio Principe Tarentino et honoris montis Sancti Angeli Domini feliciter amen. Ego Johanna Mascha civis Panormi presenti scripto fateor in presentia Martini publici Tabellionis Panor. et subscriptorum testium ad hoc specialiter rogatorum et vocatorum me presentialiter et sponte propria recepisse et habuisse ex causa et nomine census a vobis domino Jacobo de Gentile venerabili Canonico Regie Cappelle Sacri Palacii Pan. concedente et tradente de consenso et voluntate domini Donadei de Theta venerabilis precentoris (4) ejusdem Cappelle et venerabilis Capituli Cappelle predicte. Pro me et heredibus, meis

(1) Ex Volum. primo p. 107 in Reg. Cap. asservato.

(2) Quem *Corradinum* vulgo dicimus.

(3) Manfredus adhuc Corradi II bajulus se appellabat ut siculos in suam clientelam plene adduceret Pirri *Chronol.* p. xxxiv.

(4) Recte Pirrus Donadeum precentorem, Gentilem vero Canonicum Ecclesie ponit, quidquid in contrarium asserit Mongitorius. Vide Pirri *Not. Reg. Cap.* pag. 1361 ultim. edit.

ac etiam in Enphiteusim in perpetuum, quoddam Casalinum discopertum dirutum et destructum quod fuit domus prebende vestre quam habetis in dicta Cappella et Jardinellum sibi contiguum ex parte Orientis de quibus nil vel modicum utilitatis dicta vestra prebenda habebat. Situm intus Galcam Pan. prope Palacium Caseri juxta domum meam subscriptis finibus limitatam pro tarenis auri tribus ponderis generalis vobis et successoribus vestris in Cappella prefata annis singulis mense Junii in festo Apostolorum Petri et Pauli per me et heredes meos et eos qui ipsum Casalinum et Jardinellum habuerint et possederint absque difficultate qualibet nomine census persolvendis dàta et concessa per vos mihi de cetero plena licentia et libera potestate habendi tenendi possidendi perpetuo dandi vendendi et per omnia judicandi dictum Casalinum et Jardinellum et faciendi de eis et in eis per me et heredes meos auctoritate propria totum velle et desiderium meum heredumque meorum absque vestra et successorum vestrorum, seu alicujus summisse persone nomine et pro parte vestra et successorum vestrorum et de Cappelle calumnia vel contradictione. Salvo censu praedicto ut dictis tribus tarenis auri ponderis predicti vobis et successoribus vestris annis singulis in festo predicto census nomine ut dictum est persolvendis. De quo censu predicto si vobis vel successoribus vestris per duos annos non fuerit satisfactum, liceat vobis et successoribus vestris post duos annos sicut jura precipiunt dictum Casalinum cum Jardinello predicta auctoritate propria absque contradictione aliqua et requisitione curie cum omni benefacto quod in eisdem Casalino et Jardinello fecero ego vel heredes mei seu aliquis alius ad proprietatem et dominium Cappelle prediete revocare nec liceat mihi vel heredibus meis neque alicui alii qui ipsum Casalinum cum Jardinello habuerit et possederit dictum Casalinum et Jardinellum alicui Ecclesie dare vendere seu per omnia judicare, nisi tantum Cappelle predictae. Preterea si dictum Casalinum et Jardinellum cum benefacto quod ego vel heredes mei vel aliquis alius in eis fecerit vendere volumus ego vel heredes mei seu quicumque ipsa habuerit et possederit, liceat vobis et successoribus vestris pro omnibus emptoribus ipsum Casalinum cum Jardinello emere ad opus dicte Cappelle minus decem tarenis de precio quod inde haberi poterit a quocumque. Que omnia et singula supradicta ego et heredes mei et quicumque ipsum Casalinum et Jardinellum habuerit et possederit tenemur servare et attendere. Vos autem et successores vestri in dicta Cappella dictum Casalinum cum Jardinello mihi et heredibus meis et iis qui ipsa habuerint et possederint tenemini legitime defendere et manutenere ab omni calumniante persona extranea vel propinqua. Quorum fines sunt ii ab Oriente est via publica ab Occidente domus mea a meridie domus Gualterii de Urziliana et pars dicte domus mee, a Septentrione Ruga Magna que dicitur cooperta et si qui alii sunt confines. Unde ad futuram memoriam et securitatem vestram successorumque vestrorum presens publicum Instrumentum inde vobis fieri rogavi per manus dicti Tabellionis, manu et subscriptorum testium ac prephati Tabellionis subscriptione, testimonio et signo munitum. Scriptum Pan. anno die mense et indictione premissis.

† *Ego Johanna Mascha que supra predicta concedo et confirmo.*
† *Ego Andreas de Bonajuto testis ss.*
† *Ego Andreas de Domino Bonardo testis ss.*
† *Ego Bartholomeus de Bintendi testis sum.*
† *Ego Gerolamus de Bonintendi testis sum.*
† *Ego Gervasius de Dumpno rogatus testis sum.*
† *Ego Johannes de Pnorm. rogatus testis sum.*
† *Ego Marinus de Magistro Marchisio testis sum.*
† *Ego Martinus.*

XLVIII.

Manfredus Rex Capellam Regiam eximit a collectis, et exactionibus.

A. 1259.

Manfredus (1) Dei gratia Rex Sicilie. Universis ultra flumen Salsum presentibus scilicet, et futuris fidelibus suis gratiam suam, et bonam voluntatem. Ecclesiam Cappelle Sacri Regii Palatii nostri Panormitani inter alias Regni Ecclesias volentes amplius honorare, quod predecessornm nostrorum, et nostra reputatur camera spiritualis (2); Capitulum et Clericos omnes ipsius Cappelle, tam illos qui residentiam faciunt Domino serviendo, quam alios de gremio ipsius Ecclesie, qui nostram sequendo Curiam (3) deputati sunt Cappelle nostre servitiis, a collectis, et exationibus omnibus gratiose eximimus, et volumus esse immunes; quatenus ab extrinsecis impetitionibus expediti liberius et promptius officii sui debitum exequendo intendant, et tam pro felici, et eterna quiete progenitorum nostrorum, quam pro vite nostre prosperitate orationes continuas effundentes.

Mandavimus igitur vobis, et districte precipimus, quatenus presentis indulgentie nostre gratiam ejusdem Clericis illibatam servantes, nihil omnino eis patiamini pro exactionibus aliqnibus, vel collectis, quas pro Curia nostra imponi contigerit, de cetero vel percipere vel per alios exigi aliquid ab eisdem debeatis.

Datum Fogie quinto Aprilis secnnde Indictionis.

(1) Ex libro Praelatiarum f. 114. Pyrrus illud mutilum affert, nos ex Ms. Anton. Amico integrum exibemus.

(2) Cameram suam appellat Maufredus Palatinam Capellam quod propria esset Regis Ecclesia.

(3) Capellae Palat. Clerici aliqui quum Regi alio migrandum erat, aulam et Castra sequebantur, ut sacra ministrarent. Hinc duplex erat Regibus Capella una quidem in Palatio fixa, alia portatilis et castrensis.

XLIX.

Transumptum Litterarum Caroli I. Regis Sicil. pro solutione Jurium Regiae Capellae debitorum.

A. 1266.

In nomine (1) Domini amen. Anno dominice Incarnationis M.° CC.° LX. VI.° sesto die mensis Augusti VIIII Indictione Regnante serenissimo domino nostro Karolo Dei gratia inclito Rege Sicilie Ducatns Apulie Principatns Capue Andegavium Fulcalkerium et Provincie Comite Regni vero ejus anno secundo feliciter amen. Nos Raynaldus Deasculo Judex Pan. Joannes publicus Tabellio civitatis ejusdem et subscripti testes ad hoc rogati specialiter et vocati presenti scripto publico

(1) Ex originali conservato in Arch. Reg. Capellae.

notum facimus et testamur quod providus vir dominus Philippus procurator Cantoris Canonicorum et Clericorum Regie Cappelle Sacri Regii Palacii Pan. in mei presentia constitutus obtulit et ostendit nobis quasdam Sacras Regias litteras sigillatas noto et vero sigillo Sacre Regio Majestatis directas nobili viro domino Mattheo Ruffulo Regio Secreto Sicilie continentie infrascripte petens a nobis ipsas litteras in hanc presentem formam publicam redigi et transcribi pro eo quod predictis originalibus litteris penes ipsum secretum remanentibus ad sui cautelam tempore sui ratiocinii valituram presens scriptum volebat penes se habere ad cautelam Cantoris Canonicorum et Clericorum et ad fidem in posterum faciendam. Nos vero considerantes partes ipsius procuratoris justitiam continere predictas originales litteras vidimus legimus et inspeximus diligenter videntes eas non abolitas non abrasas omni vitio et suspectione carere nec non in aliqua parte sui et predicti sigilli vitium aliquod imminere, ipsas de verbo ad verbum nihil addito vel mutato seu etiam diminuto in hanc presentem formam publicam duximus fideliter transcribendas quarum tenor per omnia talis est. Carolus Dei gratia Rex Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capuo Andegavie Fulcalk. et provincie Comes Mattheo Ruffulo Secreto Sicilie fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem. Pro parte Cantoris Canonicorum et Clericorum Cappelle Sacri Palacii Pan. nostrorum fidelium nobis fuit humiliter supplicatum ut cum tam ipsi quam predecessores eorum usque ad hec felicia tempora nostra annuatim percipere consueverunt et habere tam pro eis quam pro predicta Cappella de proventibus Secretie Sicilie certa Jura consistentia in pecunia frumento et rebus aliis nec non et Jura tertiariarum quae consistunt in tercia parte decimarum terrarum certarum Sicilie observari ita eos et Cappellam eamdem pro anno presenti hujusmodi consuetudinem mandaremus quorum supplicationibus inclinati fidelitati tue presentium tenore mandamus quatenus si notorium est quod tam ipsi quam dicti predecessores eorum predicta Jura percipere consueverunt et habere ea sibi pro anno presenti pro ut consuetum est hactenus exhibeas et facias exhiberi. Datum Salerni vigesimo octavo Madii XI Ind. Unde ad hujus rei memoriam et predictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum cautelam presens publicum scriptum ex inde factum est per manus mei dicti Tabellionis nostris et subscriptorum testium subscriptionibus communitum. Actum Pan. anno die mense Indictione premissis.

† *Ego Raynaldus de Asculo qui supra Judex me subscripsi.*
† *Ego Silvester de Nicoscia vidi prescriptum originale legi et me subscripsi.*
† *Ego Petrus de Monte Regali predictum originale vidi legi et me subscripsi.*
† *Ego Michael de Indivina predictum originale vidi legi et me subscripsi.*
† *Ego Joannes publicus Pan. Tabellio rogatus scripsi et signavi.*

L.

Instrumentum Concessionis domus S. M. de Admirato.

A. 1266.

In nomine (1) Domini Amen. Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo sexto vicesimo quinto die mensis Augusti none Indictionis Regnante serenissimo domino excellentissimo Rege Karolo Dei gratia inclito Rege Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue. Alme Urbis Senator Andegavie provincie ac Fulcalkerie Illustrissimo Comite Regni ejus anno secundo feliciter amen. Ego Jacobus de Placia filius quondam magistri Philippi de Pan. et ego Perna de Catapano uxor ipsius Jacobi cives Pan. presenti publico Instrumento fatemur in presentia providi viri domini Antonii de Cateri judicis Pan. Benedicti publici Tabellionis civitatis ejusdem et subscriptorum testium ad hoc vocatorum et specialiter rogatorum, quod de bona quam mera et spontanea voluntate nostra presentialiter recepimus et habuimus ad emphiteusim, a vobis provido viro domino magistro Joanne de Cederiareo Beneficiali Ecclesie Sancte Marie de Admirato concedente nobis censualiter ex causa ipsa tradente et assignante in vita nostra tantum, de mandato et licentia Reverendi domini Leonardi venerabilis panormitani Archiepiscopi et capituli ejusdem Ecclesie sicut patet per scriptum publicum nobis de concessione ipsa confectum, quamdam partem de Domo ipsius Ecclesie S. Marie de Admirato quo minatur ruinam et in parto est discoperta et devastata cujus domus reliqua pars est ipsius Ecclesie, que domus sita est in civitate Panormi in Cassaro prope jam dictam Ecclesiam et prope monasterium Sancte Marie de Marturano et subscriptis finibus limitatam de qua parte domus nobis concesse nullum commodum vel proficuum consequi poteratis propter ruinam et devastationem suam pro censu tarenorum aureorum sex ponderis generalis, solvendo per nos predictos conjuges vel aliquos nostrorum dum vitam gesserimus corporalem etiam vobis et successoribus vestris annis singulis in festo assumptionis gloriose Virginis Marie de mense Augusti in principio et singulis annis sumptibus et expensis inhabitandi habendi tenendi possidendi meliorandi et non deteriorandi, standi morandi locandi si necesse fuerit, salvo in omnibus et super omnia censu predicto Ecclesie nostre predicte. Si ego vero vel uxor mea predicta censum ipsum vobis vel successoribus vestris per biennium solvere contradixerimus licebit vobis vel successoribus vestris dictam partem domus nobis concessa, cum omni beneficio a me vel ab uxore mea facto in ea ad possessionem et dominium dicte Ecclesie revocare, nobis autem ambobus ad fata decedentibus dicta domus cum omni beneficio invento in ea similiter ad potestatem proprietatem Jus et dominium revertatur Ecclesie supradicte. Fines vero predicte partis domus nobis concesse sic distinguntur ab Oriente est darbus (2) dicti monasterii Sancte Marie de Admirato ab Occidente est reliqua pars domus predicte Ecclesie vestre, a meridie sunt menia Cassari et jardinum Ecclesie Montis Regalis, et a septentrione est darbus predictus unde est introitus et exitus. Vos autem predictus Beneficialis permisistis per solemnem stipulationem uobis predictis conjugibus dictam partem domus

(1) Ex volumine Mss. f. 113 in R. Cap. servato.

(2) Ab haebreo *Zarbaach*, *affluentia* aquae, locus a quo aqua effluit: sed vulgo accipitur pro mensura ipsius aquae. Pasqu. *Diz. Sicil.* V. darbo.

nobis concessam defendere et manutenere contra omnem personam ecclesiasticam vel secularem et nullo processu temporis infra spacium vite nostre, contra nos inde facere vel venire salvo tamen censu predicto. Unde ad futuram memoriam et vestri vestrorumque successorum et dicte Ecclesie vestre cautelam presens publicum Instrumentum ex inde nobis fieri rogavimus per manus predicti Tabellionis suo signo signatum subscriptione nostra et predicti Judicis et subscriptorum testium testimonio roboratum. Scriptum Pan. et emendatum superius in duodecima linea ubi legitur vobis quod autenticum est et nullius suspectionis seu dubitationis quia per manus dicti Tabellionis fuit abrasum et emendatum anno die mense et indictione premissis.

† *Ego Antonius de Cateri qui supra Judex.*
† *Ego Joannes de Cansagi rogatus testis sum.*
† *Ego Homodeus de Carastonius testis sum.*
† *Ego Not. Joannes de Campo testis sum.*
† *Ego Arrigus Drapari testis sum.*
† *Ego Gilibertus Nicolai Phisane de Pan. rogatus testor.*
† *Ego Theodorus de Cayto Mondator testis sum.*
† *Ego Mauro Cado testis sum.*
Ego Benedictus publicus Tabellio Pan. qui supra rogatus scripsi et meo signo signavi.

LI.

Cantoriam Sacri Palatii confert Rex Carolus Andeg. Mag. Joan. de Menileo.

A. 1267.

Karolus (1) Dei gratia Rex Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue, Andeg. Provincie et Folch. comes capitulo Cappelle Regii Palacii Pan. fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Cum nos propter clara merita probitatis et longa placidaque familiaritatis obsequia Magistri Johannis de Menileo (2) carissimi cappellani nostri quibus in conspectu nostro gratus habetur Cantoriam Cappelle Palacii Pan. vacantem tunc et ad nostram collacionem spettantem cum omnibus Juribus et pertinenciis suis duxerimus conferendam, investientes ipsum presentialiter per nostrum annulum de eadem, volumus et fidelitati vestrae precipiendo mandamus quatenus eumdem magistrum Johannem vel procuratorem suum ejus nomine in Cantorem vestrum recipientes devote, et honorificentia debita pertractantes sibi tamquam Cantori vestro pareatis humiliter ac efficaciter intendatis de juribus jurisdictionibus redditibus et proventibus ipsius Cantorie ab eo videlicet tempore quo vacavit integraliter respondendo. Dat. in Castris in obsidione Podubonizii XXV Septembris XI Indictionis. Regni nostro anno tertio.

(1) Ex authographo membran. in Reg. Capellae.

(2) Fuit etiam Joannes magnae Regiae Curiae rationum magister, Ecclesiae Panormitanae Archidiaconus, et tandem ejusdem Ecclesiae Archiepiscopus, etsi de Archiepiscopatu dubitet Pyrrus in *notit. Eccl. Panorm.* pag. 153.

LII.

Litterae Caroli Regis Secretis Sicilie pro solvendis Juribus consuetis Capitulo et Clericis R. Capelle.

A. 1269.

Karolus (1) Dei gratia Rex Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue alme Urbis Senator Andegavie Provincie et Fulc. Comes Romani Imperii in Tuscia Vicarius generalis. Secretis Sicilie fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Scripsimus prisdem vobis ut Cantori et Capitulo Regie Cappelle Pan. decimam proventuum Doane Civitatis ejusdem exhibere pro anno presentis duodecime Indictionis sine difficultate qualibet curaretis set sicut nuper accepimus nihil inde facere curavistis de quo non modicum admirantes fidelitati vestre sub obtentu gratie nostre firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus statim receptis presentibus, iisdem Cantori et Capitulo vel eorum nuncio presentes vobis litteras assignanti hujusmodi decimam pro anno presentis duodecime Indictionis de proventibus dicte Doane et in defectu ipsorum de quacumque pecunia Curie nostre que est vel erit per manus vestras exhibere sine qualibet difficultate curetis recepturi de hiis que dederitis apodixam non obstante aliquo mandato huic contrario per quod hujusmodi decime solutio impediri valeat aliquatenus vel differri. Datum in Castris in obsidione lucerie III Junii XII Ind. Regni nostri anno quarto.

(1) Ex authogr. membran. Reg. Cap.

LIII.

Aliae litterae ejusdem Caroli Regis pro Jur. solutione.

A. 1270.

Karolus (1) Dei gratia Rex Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue alme Urbis Senator Andegavie Provincie et Fulchal. Comes ac Romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam Vicarius generalis Secreto Sicilie fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem. Ex parte Canonicorum et Clericorum Cappelle Palacii nostri Panormitani fuit nobis humiliter supplicatum quod cum nos tibi per nostras litteras duximus injungendum ut Jura consueta Cantori Canonicis Clericis et Magistro scolarum predicte Cappelle pro anno XI Ind. de proventibus Secretie qui essent per manus tuas in pecunia frumento et rebus aliis per solvere integraliter procurares; tu tamen easdem uncias auri octoginta et frumenti quadraginta salmas exsolvens, residuum eis exolvere denegas, et recusas, quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si est ita dictis Canonicis et Clericis residua Jura eorum eis consueta tam in frumento pecunia quam rebus aliis ac pro dicto anno XI Ind. de proventibus Secretie que sunt velerunt per manus tuas integraliter et sine diminutione aliqua exhibere procures recepturum de hiis que eis dederis idoneam apodixam. Datum Flutarii VIII Octobris XIII Ind. Regni nostri anno quinto.

(1) Ex authogr. membr. Reg. Cap.

LIV.

Aliae litterae ejusdem Caroli R. pro solutione Jurium praedict.

A. 1270.

Karolos (1) Dei gratia Rex Sicilie Ducatos Apulie et Principatns Capue alme Urbis Senator Andegavie Provincie et Fulcal. Comes ac Romani Imperii in Tuscia Vicarius geoeralis Secretis Sicilie fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Ex parte Cantoris Caoonicorum et Clericorum Cappelle Sacri Palacii Pan. fuit expositom coram oobis quod licet nos Friderico Nara olim Secreto Sicilie per nostras mandavimns litteras ut Jura consueta et debita que ipsi habere et recipere tenebantur a nostra Curia, pro aono X Ind. memoratis Cantori Canonicis et Clericis exhiberet. Idem tamen Fridericus de Juribus ipsis eis non satisfecit ad plenom, quare fidelitati vestre districte precipiendo mandamus qualenus totnm id qnod memorati Cantor Canonici et Clerici de hujusmodi Juribus pro anois X, XI, et XII Ind. nec non pro preseoti anno XIII Ind. recipere tenentur et debent, faciatis eis sine dilatione aliqua pro ut consuetum est hacteuus integraliter exhiberi, mandato alio super hoc minime requisito et ad exequendum mandatum bujosmodi alter vestrum alterum noo expectet. Datum Neapoli XX Octobris XIII Ind. Regni nostri anoo quinto.

(1) Ex authogr. membr. Reg. Cap.

LV.

Carolus Rex eximit a publicis oneribus Canonicos et Clericos Ecclesiae Pan. et Palatinae.

A. 1270

Karolus (1) Dei gratia Rex Sicilie Ducatus Apulie et Principatos Capue, alme Urbis Senator, Andegavie provincie et Folcoquer Comes, ac Romani Imperii io Tuscia Vicarius Generalis, Vicariis, Capitaneis, Justitiariis, Bajulis, Judicibus, Magistris Juratis et ceteris Officialibus Siciliae ultra flumen Salsum fidelibns suis gratiam suam, et bonam voluntatem. Ad laudem Regie majestatis cedit et gloriam cum favor Regis in subjectns extenditur, et ad benefaciendnm suis fidelibus metatur. Cum igitur pro parte Canonicorum et Clericorum Archiepiscopatus, et Cappelle sacri Palatii nostri Panormitani, ac aliorum Clericorum tam Latinorum, quam Grecoruio Civitatis ejusdem (2), nostrorum fidelium celsitudini nostrae fuerit humiliter supplicatum, ut ab aogariis (3), exactiooibus omnibus, et

(1) Exscripsimus ex Mongitore, qui ex libro membranac. in area Thesauri Panor. Ecclesiae asservato exhibuit. *Bullae etc.* pag. 121.

(2) In hac urbe nonnullae erant Ecclesiae Graecis addictae, in quibus divina officia divinaque psalmodia graeco ritu graecoque idiomate peragebantur. Inter has Ecclesia S. Mariae de Admirato, de qua pluries supra, Ecclesia S. Nicolai, S. Marci, S. Thomae, S. Demetrii, et aliae, quas lege apud Mongit. in Mss Eccl. Panor.

(3) Servitus coacta, personale munus, tributa etiam ab invitis extorta, angariae, et perangariae dicebantur, Budeus in *Miscel.* l. 6, c. 8.

collectis in Civitate ipsa impositis, ipsos eximi nostra mandare benignitas digoaretur. Nos autem, qui Civitatem eamdem speciali prerogativa diligimus, et fovemus, eo quod Caput et Sedes Regni nostri existit (4), ipsorum justas petitiones gratis prosequentes affectibus, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quod predictos Clericos, et Canonicos Archiepiscopatus, et Cappelle sacri Palatii nostri Panormitaoi, et Clericos tam Latinos, quam Grecos Civitatis predicte ab omoibus angariis, exactionibus, et collectis, que per nos aut Commissarios nostros in ipsa Civitate pro parte Curie nostre imponi contingit, eximatis, nec permittatis eosdem super iis ab aliquibus molestari, ut ab hujusmodi vexationibus totaliter expediti liberius divina misteria celebrare valeant qui tenentur. Dat. Neapoli XIX. Octob. XIII. Iod. Regni nostri anno quinto.

(4) Vide Caroli R. privilegia quae ab Invegio citantur in *Pal. Nob.* pag. 708.

LVI.

Carolus Rex praecipit officialibus suis ne Canon. et Clericos Ecclesiae Panor. et Palatinae, ad solutionem onerum publ. compellant.

A. 1271.

Karolus (1) Dei gratia Rex Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, alme Urbis Senator, Provincie et Forch. Comes, Romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam Vicarius Generalis. Justitiario Sicilie citra flumen Salsum, et aliis officialibus Siciliae presentes literas inspecturis fidelibus suis gratiam snam et bonam voluntatem. Ex parte Canonicorum Archiepiscopatus et Capelle sacri Palatii nostri Paoormi, ac aliorum Clericorum ejusdem nostrorum fidelium: coram nobis fuit expositum conquerendo, quod vos ad istantiam, et petitionem laycorum Panormi ad communicandum et contribueodum cum ipsis in collectis, talliis (2), exactionibus, subventionibus, mutuis, angariis et perangariis, aliisq: oneribus, et gravaminibus, que pro tempore per nostram Curiam imponuntur, illos compellatis contra ecclesiasticam libertatem, et etiam venire nitimini contra indulgentiam liberalitatis eis a nostra Majestate concessam. Nos autem qui Ecclesiis et personis Ecclesiasticis omnimodam libertatem auctore Deo servare proponimus, hec moleste ferentes, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus dictos Canonicos et Clericos Archiepiscopatus, et Cappelle sacri Palatiis nostri Panormitani, ac alios Clericos Civitatis ipsius, illos videlicet, qui beneficiati sunt, seu in sacris ordinibus constituti ad communicandum, et contribuendum cum laycis in hujusmodi collectis, talliis, exactionibus, subventionibus, mutuis, angariis et perangariis, aliisq: oneribus, et gravaminibus pro eorum bonis patrimoaialibus, vel ecclesiasticis nullatenus compellatis, nec permittatis eosdem ab hominibus Civitatis predicte, seu quibuscumque aliis molestari, ita tamen quod sub pretextu ordinis Clericalis laycos non excusent, et bona aliorum consanguineorum laycorum suorum minime eximantur. Dat. in urbe felici Panormi XVIII. Julii XIII. Ind. Regni nostro anno sexto.

(1) Ex Mongitorio qui asserit authographum extare in arca Thesauri Pan. Eccles. *Bullae* pag. 125.

(2) Italice *taglia* a Gallico *taille*.

LVII.

Carolus Rex praecipit proc. P. Malitia ut auri uncias quinquaginta in sacra indumenta R. Cap. impendat.

A. 1274.

Karolus (1) Dei gratia Ducatus Apulie et Principatus Capue alme Urbis Senator Andeg. Provinciae et Folcal. Comes Romani Imperii in Tuscia per Sactam Romanam Ecclesiam Vicarius generalis Presbytero Petro dicto Malitia de Panormo fideli suo, gratiam suam et bonam voluntatem. Sicuti accepimus Cappellam Sacri Palacii nostri Pan. Indumentis, Casulis, Cappis, et aliis ad divinum cultum necessariis indigere, noscatur ad presens mandatum quod ob defectum necessariorum hujusmodi minus decenter celebrari ibidem; nos volentes in hac parte ipsius Cappelle indigentie providere, fidelitati tue districte mandamus, quatenus statim receptis presentibus illas quinquaginta uncias auri quas de beneficiis in eadem Cappella vacantibus, cum ipsius Cappelle Procurator fuisti, datis percepisse, et ad opus ejusdem etiam conservare; Robberto Infanti militi Justiciario Siciliae ultra flumen Salsum, Goffrido de Aprucio Vicecancellario et Bartholomeo de Osculo Canonic. Panor. dilectis familiaribus et fidelibus nostris sine difficultate qualibet assignare procures expendendo per ipsos fideliter, et realiter in indumentis, Casulis, Cappis, et aliis necessariis Cappellae praefate et prout eis per nostras litteras damus in mandatis recepturi de assignatione ipsius pecunie scriptum competens ad cauthelam, et significaturus nobis quantitatem pecunie quam sibi duxeris assignandam. Datum apud lacum Pensulem per Magistrum Gullelmum de Forumvill. decanum Sancti Petri virorum Aurelian. Regni Sicilie Vicecancellarium. Anno Domini MCCLXXIIII die XIIII Augusti II Ind. Regni nostri anno decimo.

(1) Ex authogr. membranaceo in arca Thesauri.

LVIII.

Transumptum litterarum Caroli Regis de omnibus juribus ad Cantorem, Canonicos, et Clericos Reg. Capellae ex testium inquisitione spectantibus.

A. 1274.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo ducentesimo septuagesimo quarto ultimo die mensis Augusti secundae Ind. (2) Regnante Serenissimo domino nostro domino Carolo Dei gratia inclito Rege Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue alme Urbis Senator Andegavie Provincie et Fulcalkerie Comite ac Romanorum Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam Vicarius generalis Regni vero ejusdem anno decimo feliciter amen. Nos Marti-

(1) Ex authog. membr. servato in arca Thes. R. C P.

(2) Eodem anno habetur Jurium Eccl. Panor. Inquisitio die tertia mensis Junii, ut apud Mongit. *Bullae* pag. 128.

nus de Sulmona Judex Pan. Bartholomeus de Joanne publicus Tabellio Civitatis ejusdem et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod providus vir Martinus de Fransigena Clericus et Procurator Cantoris Canonicorum et Clericorum Regie Cappelle Sacri Regii Palacii Pan. ad nostram accedens presentiam obtulit et ostendit nobis quoddam scriptum Inquisitionis publicum carta membrana notatum per manus mei dicti Tabellionis factum de Juribus et redditibus eisdem Cantori Canonicis et Clericis nec non et Magistro scolarum predicte Cappelle Sacri Regii Palacii Panor. annuatim a Curia consuetis exsolvi continentie infrascripte petens ipsum scriptum originale a nobis auctoritate judiciaria interposita et per manus mei dicti Tabellionis ad cautelam predicte Cappelle Cantoris Canonicorum et Clericorum et Magistri scolarum ipsius Cappelle et fidem apud Curie officiales suos et omnes in posterum faciendam in formam publicam sibi redigi et transcribi pro eo quod ipsum scriptum originale dicebat. Nobili viro domino Jacobo Ruffulo Regio Secreto Sicilie etc. Curia suique cautela assignante etc. quod exemplum ipsius in Thesauro predicte Cappelle reperiatur ut quoties expediatur de eodem possit facere plenam fidem cunctis videre volentibus ipsum. Cujus petitionem ut pote justam et rationi consonam admittentes predictum scriptum originale vidimus legimus et inspeximus diligenter videntes ipsum non abolitum non abrasum non cancellatum nec in aliqua parte sui vitiatum ipsum de verbo ad verbum nullo addito vel mutato seu etiam diminuto in hanc presentem formam publicam auctoritate judiciaria interposita per manus mei dicti Tabellionis ad cautelam predicte Cappelle Cantoris Canonicorum Clericorum et Magistri scolarum ipsius et fidem apud omnes in posterum faciendam duximus fideliter transcribendum cujus scripti tenor per omnia talis erat. In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo ducentesimo septuagesimo quarto vigesimo septimo die mensis Augusti secunde Ind. Regnante serenissimo domino nostro domino Carolo Dei gratia inclito Rege Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue alme Urbis Senatore Andegavie Provincie et Fulcalkerie Comite ac Romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam Vicario generali Regni vero ejusdem anno decimo feliciter amen. Nos Thomasius Grillus Judex Pan. Bartholomeus de Joanne pubblicus Tabellio civitatis ejusdem et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod providus vir Petrus Favilla civis Pan. ad nostram accedens presentiam obtulit et ostendit nobis quoddam mandatum nobilis viri domini Jacobi Ruffulo Regii Secreti Sicilie sibi directum infrascripta in eo forma sacre patentis regio sigillo ipsius domini Regii Secreti cera viridi expresso sigillatum continentie subsequentis. Provido viro Petro Favilla habitatori Pan. amico suo Jacobus Ruffulus Regius Secretus Sicilie salutem et dilectionem sinceram. Pro parte Cantoris Canonicorum Magistri scolarum et Clericorum Cappelle Sacri Regii Palacii Pan. ostense et presentate nobis fuerunt sacre regie patentes littere in hac forma. Karolus Dei gratia Rex Sicilie etc. Secretis Sicilie tam presentibus quam futuris etc. cum in signum universalis dominii ejus qui dat omnibus omnia ex divina institutione noscatur Deo me constituente habendi perfecte, ex multa censentur ei ab-que animadversione placendi si humanam fraudem vel malitiam in reddendis eisdem, cujusdam subtractionis vel dilationis dispendium non ingeratur. Supplicantibus igitur Cantore Canonicis Clericis Magistris scolarum et scolaribus Cappelle Sacri Palacii nostri Pan. fidelibus nostris ut super exhibendis eisdem singulis annis videlicet predicto Cantori uncias auri tribus et tarenos decem p. g. (2) pro indumentis suis. Item eidem Cantori et aliis octo Canonicis qui

(2) Ponderis generalis.

dicuntur majores et aliis quatuor qui dicuntur minores ad idem pondus uncias auri octoginta octo. Item pro beneficio confessionis ad idem pondus uncias auri octo et tarenos decem. Item pro Corredis (3) Clericorum ad idem pondus uncias auri viginti quatuor. Item pro luminaribus faciendis in Cappella diebus feriatis et certis festivitatibus anni uncias auri septem et tarenos decem et pro anniversariis felicium Regum uncias auri unam et tarenos quinque. Item pro presbiteris grecis celebrantibus vigilias quinque diebus veneris majoris quatragesime de aqua rosacea rotul. quinque de candelis rotul. duobus et dimidium de ligno aloes (4) tarenatis (5) duabus et dimidium de vino ad barrile amanthee barrilia quinque. Item pro quatuor aliis vigiliis que celebrantur in eadem Cappella videlicet Cena Domini vigilia Beati Joannis Battiste vigilia Apostolorum Petri et Pauli et vigilia Assumptionis Beate Marie Virginis de vino ad barrile amanthee barrilia quatuor. Item pro campanis funibus canapis necessariis corio uno bovino et rotul. duobus de sapone; pro vivanda (6) Canonicorum et Clericorum frumenti salmas octoginta, et tertiarum decimarum quarumdam terrarum Sicilie. Item pro Magistro scolarum pro se et quatuor Clericis quos docet, frumenti salmas decem et octo, ac vino ad barrile amanthee barrilia viginti duobus, de caseo pecias tresdecim de carnibus porcinis salatis cant. uno et rotul. viginti sex et tempore quatragesimali de fabis mezarol. (7) duodecim de ciceribus mezarol. sex, de tonnina rotul. duodecim, et de oleo rotul. duodecim de pecunia victualium vino, et aliis rebus Curie nostre et ipsorum defectu de emptitiis (8) in quorum exhibitionem per officiales nostros fraudare diversisque calumniis fatigare querunt opportunum adhibere remedium dignaremur. Nos fraudi hujusmodi viam precludere omnino volentes fidelitati vestre districte precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem ipsorum vel procuratoris sui diligentius inquiratis si praedicta omnia que petunt sint ipsius vel procuratoris eorum a temporibus catholicorum Regum Sicilie usque ad nostra tempora percipere consueta et super inquisitionem hujusmodi diligenter factam que non ulterius fieri singulis annis in Secretie officio successoribus ut iterum eam facere non oporteat volumus assignare constanter predictos Cantorem Canonicos Clericos Magistros scolarum scolares et predecessores eorum consuevisse percipere hujusmodi reditus et Jura predicta integraliter. Siquidem in pecunia percipienda fuerint infra festum Pentecostes si vero in victualibus aliisve fructibus infra mensem postquam fructus recollecti fuerint ipsis Cantori et personis predictis vel procuratori eorum pro eis nullo alio supor hoc a nobis expectato mandato pro anno presenti II Ind. in antea singulis annis absque difficultate qualibet persolvere et exhibere curetis de pecuniis victualibus et rebus aliis Curie nostre et ipsorum defectu de emptitiis pro ut hactenus extitit consuetum et recipiatis ab eis exinde idoneam apodixam, scituri quod si juxta prescriptam formam in prescriptis terminis eisdem Clericis et personis predictis vel procuratori eorum Jura hujusmodi exhistentia tam in pecunia quam in frumento vino et aliis rebus non solveritis, nos duplum illius quantitatis pecunie victualium et aliarum rerum predictarum in quorum exhibitione et solutione defeceritis ad quod nos ex nunc nostre Curie condemnamus nec non ad expensas et damna omnia que predicti incurrerunt propter eas et ad que restituenda et restauranda ipsis vos similiter ex nunc teneri decernimus extorqueri a vobis tam

(3) Conredium, alimonium, praebenda monaci, vel Canonici.

(4) Axiloes in Istrum. ann. 1211 Friderici Regis apud Mongit. lignum quod igne accensum suavissimum ac perjucundum spirat odorem; ideo dicitur in Transumpto Jurium Ecclesiae Pan. apud eumdem Mongit. an. 1274 de *ligno aloes pro Thurizanda Ecclesia in predictis tribus festivitatibus tarenatas tres.* Vide *Bullae* pag. 132.

(5) Ponderis *species* rotulo respondens, a graeca voce ταρίον. Cang. *Gloss. graec.*

(6) Cibus omnis praeter panem dicebatur vivanda.

(7) Vasculum, cadus statutae mensurae. Vid. quartae partis *barylii.*

(8) Emptitius qui est de numero venalium.

pro nostra Curia pro predictis personis irremissibiliter faciemus non obstantibus quibuscumque mandatis contrariis sub quacumque forma verborum factis vel in posterum faciendis per que possit predictorum Jurium solutio vel exhibitio defraudari diminui vel aliquatenus impediri etiam si oporteret in illis plenam et expressam ac de verbo ad verbum fieri de presentibus litteris mentionem quamvis talia mandata contraria Deo favente nostrumque benignitate prosequente propositum dare nullatenus intendamus. Terminos autem in quibus predictas personas per inquisitionem eamdem hujusmodi candelas aqua rosata ligno aloes funes campanis corium bovinum saponem caseum carnes salatas tonninam et res alias inveniri debere et recipere summas in quantitates superius nominatas mutare nolumus sed in eisdem prefixis terminis in quibus eosdem inveneritis recepisse sub predictis tamen in penis eadem volumus exhiberi sicut extitit hactenus consuetum. Resignaturi predicto Cantori et Clericis suprascriptis vel procuratori eorum presentes litteras postquam eas in formam publicam ad vestram cautelam servandam feceritis redigi quas tam ad vos quam ad alios successores vestros eamdem vim volumus obtinere Jure nostro in omnibus semper salvo. Data apud lacum pensulem per Magistrum Gullelmum de Farumvilla decanum S. Petri virorum Aurelianensium Regni Sicilie Vicecancellarium anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto mense Augusti septimo decimo ejusdem secunde Ind. Regni nostri anno decimo. Cumque ad exequtionem prescripti mandati Regii oporteat nos intendere reverenter et instantibus nobis predictis Cantore Canonicis Clericis Magistro scolarum et scolaribus Cappelle dicte Sacri Palacii Panorm. ut inquisitionem de premissis omnibus infrascripto Sacro Regio mandato contentis faciamus ut ad executionem ejusdem mandati Regii pro anno presenti secunde Ind. tantum procedere valeamus nec ad faciendam inquisitionem hujusmodi valeamus personaliter interesse aliis expressis in magnis arduis Curie servitiis occupatos, vos de cujus industria fide et legalitate ab experto confidimos super inquirendum in civitate Pan. iisque in scriptis sacri mandati Regii continente duximus pro parte Curie fiducialiter faciendi vobis ex Regis parte qua fungimur auctoritate mandamus quatenus ad requisitionem predictorum eamdem mandati Regii formam diligenter attendatis adhibitis vobis Judice et notario publico de predicta civitate Pan. et in eadem civitate pro parte Curie per homines fide dignos rei conscios et expertos recepto prius ab unoquoque ipsorum de veritate dicenda debito Juramento diligentissime inquiratis si predicti Cantor Canonici Magistri scolarum praedicte Cappelle Sacri Palacii Panormi vel predecessores eorum predicta omnia que petunt et in predicto mandato Regio continetur a temporibus catholicorum Regum Sicilie ad hec tempora domini nostri Regis sint percipere consueta et secundum ea que per inquisitionem eamdem vos invenire contingat pub. instrum. forma presentis continentie Instrumentum ipsum instantibus nobis ad curiam remittatis ut eodem habito Instrumento ad executionem prescripti mandati Regis juxta ipsius inquisitionis merita cautius procedere valeamus. Cautum quod nulla unquam tempore de premissis omnibus per aliquem valeat alias inveniri quam de inquisitione que nobis miseritis fuerit annotatum. Datum Pan. vigesimo septimo Augusti II Ind. Ad cujus executionem mandati Regii domini Secreti predicti prefatus Petrus Favilla cupiens procedere tam debite quam devote nos ex parte Regia requisivit ut in facienda inquisitione de premissis sibi personaliter assistere et ipsam inquisitionem de premissis factam Instrumentum pubblicum ad Curie et dicti domini Secreti cautelam redigere et transcribere deberemus ut eodem scripto per eumdem dominum Secretum habito ad executionem ipsius sacri mandati Regii juxta ipsius inquisitionis merita procedere valeat cum can-

tela. Cujus petitionem ot pote justam et rationi coosonam admittentes predicto Petro Favilla persooaliter astitimus in faciendo de premissis inquisitionem jam dictam quam idem Petrus ad requisitionem prudentis viri Martini Fransigena Clerici procuratoris Cantoris Canonicorum et Clericorum Cappelle Sacri Palacii Pan. per infrascriptos homines de civitate Panormi fide digoos hujus rei conscios et expertos et serenissimi domini nostri Regis fideliter recepto prius ab unoquoque ipsorum de veritate dicenda debito juramento prestito corporaliter sicut diligontissime coram nobis pro ut inferius continetur quorum testinm nomina cognomina et depositiones sunt haec † Domious Obertus Falamonica juratus et interrogatus si sciret quod Cantor Caoonici et Clerici Magister scolarum et scolares Regie Cappelle Sacri Palacii Pan. vel predecessores eorum infrascripta jura et reditus singulis annis a temporibus catholicorum Regum Sicilie et usque ad hec tempora domini nostri Regis percipere consueta videlicet predictus Cantor uncias auri tres et tarenos decem ponderis generalis pro indumentis suis. Item idem Cantor et alii octo Canonici qui dicuntur majores et alii quatuor qui dicuntur minores ad idem pondus auri octoginta octo. Item pro beneficio confessionis ad idem pondus uncias auri octo et tarenos decem. Item pro correda Clericorum ad idem pondus uncias auri viginti quatuor. Item pro luminaribus faciendis in eadem Cappella diebus feriatis et certis festivitatibus anni uncias auri octo et tarenos decem, et pro anniversariis felicium Regum unciam auri unam et tarenos quinque. Item pro presbiteris grecis celebrantibus vigilias quinque diebus veneris majoris quatragesime de aqua rosacea rotul. quinque, de candel. rotul. duos et dimidium, de ligno aloes tarenatas duas et dimidium de vino ad barrile amanthee barrilia quinque. Item pro quatuor aliis vigiliis, vigilie que celebrantur in eadem Cappella videlicet Cena Domini, vigilia beati Joannis Baptiste, vigilia Apostolorum Petri et Pauli, et vigilia Assumptionis Beate Marie Virginis de vino ad barrile amanthee barrilia quatuor. Item pro campanis funibus canapis necessariis, corium unum bovinum, et rotul. duos de sapone et pro vivanda Canonicorum et Clericorum frumenti salmas octoginta et tertiarum decimarum quarumdam terrarum Sicilie, nec non Magistri scolarum pro se et quatuor Clericis, quos docet, frumenti salmas decem et octo, et de vino ad barrile amanthee barrilia viginti duo, de caseo pecias tresdecim, de carnibus porcinis salatis cantarum unum et rotul. viginti sex, et tempore quatragesimali de fabis mezarol. duodecim, de ciceribus mezarol. sex, de tonuina rotul. duodecim et de oleo rotul. duodecim dixit se scire quod predicti Cantor Canonici et Clerici Regie Cappelle predicte Sacri Palacii Panormitani et predecessores eorum a predecessoribus eorum a temporibus catholicorum Regum Sicilie usque ad felicia tempora serenissimi domini nostri Regis Karoli annis singulis consueverunt annuatim percipere et habere per manus Secretorum Sicilie Vicesecretorum et aliorum officialium Curie pro tempore existentium de pecunia victualibus vino et aliis rebus Curie infrascriptis, et indefectu ipsorum non existentium in manibus officialium Curie ejusdem de emptitiis, predicta jura et reditus sicut inferius continetur videlicet predictus Cantor pro indumentis suis uncias auri tres et tarenos decem ponderis generalis. Item Canonici octo qui dicuntur majores uucias auri octo ponderis generalis pro quolibet eorumdem Canonicorum, ad idem pondus uncias auri septuaginta duas. Item alii quatuor Canonici qui dicuntur minores uncias auri quatuor pro quolibet eorumdem Canonicorum, ad idem pondus uncias auri sexdecim. Item pro beneficio confessionis ad idem pondus uncias auri octo et tareos decem. Item pro Correda Clericorum ad idem pondus uncias auri vigioti quatuor. Item pro luminaribus faciendis in eadem Cappella diebus

feriatis uncias auri quatuor ponderis generalis. Item pro luminaribus faciendis in eadem Cappella subscriptis festivitatibus cujuslibet anni videlicet Nativitate Beate Marie, festo omnium Sanctorum, Epifania Domini, Purificatione Beate Marie Virginis, Cathedra Sancti Petri, Annunciatione, Dominica in Ramis Palmarum, dedicatione ejusdem Cappelle, Ascentione Domini, Nativitate Beati Joannis Baptiste, Vinculis Sancti Petri, Assumptione Beate Marie Virginis ad rationem dictorum tarenorum auri quatuor ponderis generalis pro qualibet festivitate ipsarum ad idem pondus unciarum auri decem et octo. Item festo Pentecostes et festo Apostolorum Petri et Pauli ad rationem tarenorum auri sex ponderis generalis pro qualibet ipsarum festivitatum ad idem pondus tarenorum auri duodecim. Item festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi et festo Resurrectionis ejusdem tarenos auri viginti ponderis generalis pro quolibet festorum ipsorum ad idem pondus unciam auri unam et tarenos decem. Item pro anniversariis felicium Regum Sicilie ad idem pondus unciam auri unam et tarenos quinque. Item pro presbiteris grecis celebrantibus vigilias quinque diebus veneris majoris quatragesime cujuslibet anni de aqua rosacea rotul. quinque de candel. cere rotul. duos et dimidium de ligno aloes tarenatas duas et dimidium de vino ad barrile amanthee barrilia quinque. Item pro quatuor aliis vigiliis que celebrantur in eadem Cappella videlicet Cena Domini, vigilia Beati Joannis Baptiste, vigilia Apostolorum Petri et Pauli, vigilia Assumptionis Beate Marie semper Virginis de vino ad barrile amanthee barrilia quatuor. Item pro pulsandis campanis ipsius Cappelle funes necessarios, corium unum bovinum rotul. duos de sapone. Item pro vivanda Canonicorum et Clericorum ad generalem mensuram frumenti salmas octoginta delatas in Panormo sub expensis Curie. Item tertiam partem decimarum veterum Jurium et proventuum tertiarie diversarum terrarum Curie subscriptarum terrarum Sicilie videlicet Caronie Drepani, Montis Sancti Juliani, Marsalie, Castri ad mare de Gulfo, Mazaric, Sacce, Calataphimi, Salemi, Agrigenti, Calatabillotte, Leocate, Caltanixette, Sutere, Castri novi, Thermarum, Calatabuturi, Caccabi, Politii, Gulisani, Geraci, Mistrette, Vaccarum, Sperlinghe, Nicosie, Sancti Philippi de Agirion, Asari, Javi, Castri Joannis, Ayduni, Cundro, Sancti Mauri, Sancti Marci Demine, Castri Veterani, Melacii, Oliveri, Noti, Leontini, Raguse, Scicli, Mohac, Buxemi, Palazoli, Sancti fradelli, Montis fortis, Gratterii, Minei, Capitii, Patrineonis, Garsiliati, Nasi, Ramette, Sciortini, Vicari, et Tauromini. Item dixit quod predicti Cantor, Canonici et Clerici predicte Cappelle a predictis temporibus catholicorum Regum Sicilie usque ad hec felicia tempora domini nostri Regis consueverunt a curia annis singulis percipere et habere de piscatibus sive tunninis captis in tonnaria sancti Georgii et Solanti Pan. de prima piscatione tunnorum sive primis tunnis captis in eisdem tunnariis pro Vivanda eorum pisces duos. Item mense Madii cujuslibet anni pro primitia pisces octo. Item pro primitia mensis Junii pisces alios quatuor. Item predictus Cantor consuevit percipere et habere a Curia annuatim onere Cantorie piscem unum. Item infrascripte Ecclesie subjecte Cappelle predicte et ejus obedientie consueverunt a Curia annuatim percipere et habere pro eleemosina de piscibus sive tunninis captis et piscatis in eisdem tunoariis annuatim videlicet Ecclesie suffraganee Ecclesia Sancti Pancratii piscem unum, Ecclesia Sancte Marie superioris ejusdem Cappelle piscem unum, Ecclesia Sancti Nicolai de Fossis piscem unum, Ecclesia Sancti Philippi de Confessione piscem unum, Ecclesia Sancti Angeli de Castro ad mare piscem unum, Ecclesia Sancti Andree Biddiemi pisces duos, Ecclesia Sancte Marie de Scalis

piscem unum, Ecclesia Sancte Marie Magdalene de Galga piscem unum, Ecclesia Sancti Bartholomei de Copercia piscem unum, Ecclesia Sancti Pauli de Palatio servorum piscem unum, Ecclesia Sancti Jacobi de Mazzara piscem unum, Ecclesia Sancte Fidei de Mazzara piscem unum, Ecclesia Sancte Trinitatis de Coperto piscem unum, Ecclesia Sancte Trinitatis de Azisa pisces duos, Ecclesia Sancti Philippi et Jacobi piscem unum, Ecclesia Sancti Michelis de Parco piscem unum, Ecclesia Sancti Michaelis de castro ad mare de Gulfo pisces duos. Item de causa scientie dixit quod olim tempore quondam domini Imperatoris Friderici tempore depositionis ejusdem ipso existente filio Ecclesie videlicet per plures annos secreti Sicilie ad mandatum ipsius domini Imperatoris sive per litteras inde factas sub sigillo Imperialis Majestatis de solvendis eisdem Cantori Canonicis et Clericis dicte Cappelle Juribus et redditibus sibi debitis fecit exinde inquisitionem tam per se quam per Gaytos Pan. et alios suos officiales in personam domini Oberti tunc pro tempore existentis juxta tenorem mandatorum ipsorum per quam invenit et sibi constitit per inquisitionem eamdem sive per depositiones hominum ad hoc vocatorum per dictos Cantorem, Canonicos et Clericos et predecessores eorum annis singulis consuevisse a Curia percipere a temporibus Catholicorum Sicilie Regum usque nunc, predictam quantitatem pecunie, victualium vini et aliarum rerum superius descriptarum de pecunia victualibus vino et rebus aliis Curie supradictis et in defectu ipsorum non existentium in manu Curie de emptitiis et sicut ipse testis eisdem annis sui officii Secretie solverit et solvi fecit pro parte Curie tam per se quam per Gaytos Pan. et alios subofficiales ipsius domini Oberti tunc existentis predictis Cantori Canonicis, et Clericis, recipientibus quandoque per se quandoque per procuratores eorum de pecunia victualibus vino et rebus aliis auri supradicti, et indefectu ipsorum non existentium in manu Curie de emptitiis. Item predictam quantitatem pecunie victualium vini et aliarum rerum recepit ex inde a Curia, suique cautela idoneam apodixam que fuit in suo ratiocinio computata. Vidit etiam postea per diversa tempora predictam quantitatem pecunie victualium vini et aliarum predictarum successive solvi per tempora predictis Cantori Canonicis et Clericis Cappelle predicte Jura redditus et res superius nominatas recipientibus qoandoque per se quandoque per procuratores eorumdem pro parte ipsorum usque ad hec felicia tempora dicti domini nostri Regis Caroli annis videlicet decime Inditionis proxime preterite quia vidit Guffum de Baro Gaytum Panormitanum sub Magistratu domini Rogerii de Baro et quondam domini Friderici Erara Curie secretorum Sicilie, quondam Franciscum de Pulcaro vice secretum Sicilie citra flumen Salsum in anno quarte decime Ind. p. p. et dominum Jacobum Ruffulum Regium vicesecretum Sicilie citra flumen Salsum in anno proximo preterito quinte decime Ind. sub officio domini Matthei Ruffuli eisdem annis Regii secreti Sicilie et Philippum de Pando Gaytum Panormitanum in anno proximo preterito prime Ind. sub officio domini Leonis de Pando tunc Regii Secreti Sicilie Patris ipsius Philippi ad diversa mandata Secretorum ipsorum facta per litteras singulorum vicesecretorum et Gaytorum ipsorum infra diversa tempora solventes et assignantes pro parte Curie Cantori Canonicis et Clericis supradictis recipientibus quandoque per se quandoque per procuratores pro parte ipsorum predicta Jura reditus et rationes alias superius nominatas nec non magistro scolarum alia Jura dicte Cappelle Sacri Palatii Panorm. pro se et quatuor Clericis sive scolaribus quos docet artem cantus et biscantus ad generalem salmam frumenti decem et octo delatas in Panormo, de vino ad barrile

amantbee barrilia viginti duo , et de Caseo pecias tresdecim , et carnibus porcinis salatis cantarum unum et rotuli viginti sex , et tempore quatragesimali de fabis mezaroli duodecim ciceribus mezaroli sex , de tonnina rotuli duodecim de oleo rotuli duodecim. † Notarius Pandolfus de Salamona Juratus et interrogatus super predictos in eodem mandato Regio et domini Secreti predicti contentos dixit idem quod dominus Obertus Salamonata testis proximus, excepto quod non fuit Secretus Sicilie, sed cum ipse eodem tempore domini Imperatoris Friderici ante depositionem suam fuerit procurator Curie in Sicilia citra flumen sals ım sub magistratu predicti domini Oberti tunc Secreti Sicilie ad mandatum predicti domini Oberti per litteras per me sibi factas inserta in eo forma Imperialis mandati sibi directi per me constito sibi per inquisitionem factam per me per eum de premissis. Quod Cantor Canonici et Clerici predicte Cappelle Sacri Palatii Panor. et predecessores eorum predictam quantitatem pecunie victualium vini et rerum aliarum prescriptarum a temporibus quorumdam Chatolicorum Regum Sicilie usque nunc consueverint annis singulis a Curia percipere et habere de pecunia vittualibus vino et rebus aliis supradictis auctoritate mandati predicti sibi directi, solvit et exhibuit procuratori predictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum Jura reditus et res alias superius nominatas et recepit ex inde apodixam idoneam ad cautelam quod idem dominus Obertus admisit ratione sua, ad omnia alia interrogatus dixit idem per omnia quod testis proximus. † Magister Joannes de Cetasaruo juratus et interrogatus super premissis omnibus in eodem mandato Regio et domini Secreti contentis dixit idem per omnia quod testis proximus preter quod non fuerit procurator Curie in Sicilia citra flumen salsum sed fuit Gaytus Pan. eodem tempore domini Imperatoris Friderici ante depositionem suam sub magistratu predicti domini Oberti Salamonata tunc Secreti Sicilie ad mandatum ipsius domini Oberti tunc Secreti Sicilie facientes per litteras Curie transfusa in eis forma Imperialis mandati proinde sibi directi constito sibi de premissis dedit et solvit procuratori Cantoris Canonicorum et Clericorum predictorum Jura reditus et rationes superius alias nominatas et recepit ex inde apodixam idoneam ad cautelam quod idem dominus Obertus admisit in anno suo, ad alia omnia interrogatus dixit idem per omnia ut proximus. † Goffridus de Neptale juratus et interrogatus scire dixit in eodem Regio mandato et domini Secreti contentis dixit idem per omnia quod testis proximus excepto quod non fuit Gaytus Pan. tempore officii Gaytie dicti magistri Joannis, sed pluries fuit Gaytus Pan. et tempore quondam domini Imperatoris Friderici ante tempus depositionis ipsius et dedit predicta Jura reditus et rationes alias supradictas supradictis Cantori Canonicis et Clericis predicte Cappelle Sacri Palatii Panor. addidit etiam idem testis, quod tempore domini Conradi et domini Manfredi qui olim pro Regibus Sicilie se gerebant, vidit, notarium Eugenium olim Gaytum Pan. sub officio quondam Nicolai de Catania tunc Secreti Sicilie fratris ejusdem Gayti et quondam Nicolai de Catania tunc Secreti Sicilie fratris ejusdem Gayti et quondam Beraldi de Arsidonia Gaytum Pan. sub magistratu quondam Leonis de Cristaldo tunc Secreti Sicilie citra flumen salsum ad mandatum predictorum Secretorum singulis Gaytis ipsis directum dantes et solventes procuratori predictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum Cappelle predicte Jura reditus et res alias predictas et deinde successive quemdam Lucam de Silvestro Gaytum civitatis predicte sub magistratu quondam Jacobi Rogadii tunc Secreti Sicilie citra flumen Salsum nec non .... demarra tunc Secretum Sicilie ad mandatum Curie sin-

gulis ipsorum Gaytorum et Secretorum directum infra tempus cujuslibet ipsorum dantes et solventes procuratori predictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum Cappelle ejusdem Jura redditus et rationes alias supradictas, nec non magistro scolarum dicte Cappelle pro se et scolaribus suis quatuor quos docet artem cantus et discantus ad generalem mensuram salmas decem et octo frumenti delatas in Panormo sub expensis Curie et de vino ad barrile amanthee barilia viginti duo de caseo pecias tresdecim, de carnibus porcinis salatis cantarum unum et rotuli viginti sex, et tempore quatragesimali de fabis mezaroli duodecim de ciceribus mezaroli sex de tonnina rotoli duodecim et de oleo rotuli duodecim de victuali vino caseo et rebus aliis Curie in defectu ipsorum de emptitiis, ad alia omnia interrogatus dixit idem per omnia quod testis proximus. † Mattheus Favilla juratus et interrogatus super premissis dixit idem quod proximus preter quod non fuit Gaytus Pan. sed vidit predictum dominum Obertum Salamonata tunc Secretum Sicilie Notarium Pandolfum scribam tunc Panormitane Curie in Sicilia citra flumen salsum, magistrum Joannem de Ecclesiastico et Goffridum de Neptalem, qui fuerunt Gayti Pan. tempore dicti domini Imperatoris Friderici ante depositionem ipsius quando ipse dominus Imperator Catholicus erat et Ecclesie filius, ad mandata Curie ipsis officialibus facta solvisse procuratori ipsorum Cantoris Canonicorum et Clericorum predicte Cappelle supra dictam quantitatem pecunie victualium vini et rerum omnium prescriptarum, et successive vidit dominum Mattheum Ruffulum Secretum Sicilie temporibus domini Manfredi et domini nostri Regis Caroli nec non magistrum Petrum de Actuolo Secretum Sicilie et alios officiales qui successive fuerunt per diversa tempora in Sicilia ad mandatum Curie eisdem officialibus subscripta solvisse predictis Cantori Canonicis et Clericis predicte Cappelle quandoque per se recipientibus quandoque per procuratorem eorum pro parte eorum nec non et magistro scolarum predicte Cappelle Sacri Palatii Pan. pro se et quatuor suis scolaribus supradictis et predecessoribus suis predictam quantitatem pecunie victualium vini et rerum aliarum prescriptarum, interrogatus de tempore dixit a quatraginta annis citra. † Riccardus de Pulcaro juratus et interrogatus super predictis dixit se nihil aliud inde scire nisi quod tempore dicti Manfredi vidit Petruchium Comitem viginum de Amalfia tunc vicesecretum Curie istarum partium sub magistratu Andree Judicis Riccardi tunc Secreti Sicilie et dominum quondam Franciscum de Pulcaro fratrem ipsius testis Gaytum Pan. in anno quarte Ind. p. p. sub officio domini Risonis de Maura tunc Secreti Sicilie et sub felici seculo domini nostri Regis Caroli eumdem Franciscum Regium vicesecretum Sicilie citra flumen Salsum anno quinte decime Ind. p. p. sub magistratu domini Matthei Ruffuli tunc Secreti Sicilie et dominum Jacobum Ruffulo Regium vicesecretum Sicilie citra flumen salsum anno Ind. p. p. sub officio predicti domini Matthei tunc Secreti Sicilie nec non et Philippum de Pando Regium Gaytum Pan. in anno prime Ind. p. p. sub magistratu domini Leonis de Pando tunc Secreti Sicilie patris ipsius Philippi solventis et exhibentis ad diversa mandata Secretorum ipsorum singulis ipsorum officialium destinatis pro parte Curie procuratori predictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum nec non magistro scolarum pro se et quatuor suis scolaribus supradictis quantitatem supradictam pecunie victualium vini et aliarum rerum omnium predictarum de pecunia victualibus vino et rebus aliis supradictis Curie et in ipsorum defectu non exhistentium in manibus eorumdem officialium de emptitiis. † Nicolaus Zappullus juratus et interrogatus super predictis

dixit idem per omnia quod testis proximus excepto quod dictus quondam Franciscus de Pulcara non fuit frater ipsius Nicolai. † Notarius Gullelmus de Not. Michele juratus et interrogatus super predictis dixit idem quod Notarius Pandolfus testis superior excepto quod non fuit Gaytus Pan. sed tamen pluribus annis fuit ponderator pecunie Curie sub officio quondam Gayti Matthei de Panormo olim Gayti Pan. tempore quondam domini Imperatoris Friderici ante depositionem ipsius ad mandatum ejusdem Gayti Matthei solvit et ponderavit procuratori predictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum Cappelle predicte de pecuniis Curie tunc existentibus per manus Gayti predicti ratione sui officii Gaytie Pan. prescriptam pecunie quantitatem. † Magister Laurentius de Menna Terminator Matris Panormitane Ecclesie juratus et interrogatus super premissis dixit idem quod proximus preter quod non fuit ponderator pecunie Curie sed cum aliquo tempore domini Imperatoris Friderici ante depositionem ipsius fuerit procurator predicte Pan. Ecclesie Capituli Canonicorum et Clericorum ipsius Ecclesie per plures annos tempore dicti quondam domini Imperatoris Friderici et Regis Conradi nati sui infra ipsos annos dum ipse pro parte predicte Ecclesie Pan. Capituli Canonicorum et Clericorum ipsius Ecclesie recipiebat Jura et decimas ipsorum ab officialibus Curie pro parte Curie existentibus vidit et interfuit selutioni predictorum Jurium et reddituum facte ab eisdem officialibus pro parte Curie predictis Cantori Canonicis et Clericis Cappelle predicte recipientibus quandoque per se quandoque per procuratorem ipsorum pro parte eorum et subscripsit se ut testis in inquisitionibus, et apodixis factis ad cautelam eorumdem officialium de solutione Jurium, reddituum predictorum, ad alia omnia interrogatus dixit idem per omnia, quod Goffridus de Neptale testis superior, excepto quod non fuit Gaytus Pàn. nec ut Gaytus soluit, et exhibuit Jura reddituus supradicta. † Notarius Robertus Pan. juratus et interrogatus super predictis dixit idem quod Magister Laurentius de Menna testis proximus, excepto quod non fuit procurator predicte Pan. Ecclesie Capituli Canonicorum et Clericorum ipsius panormitane Ecclesie nec ut pecuniam recepit jura et redditus supradicta, sed cum fuerit et sit publicus Tabellio civitatis Pan. pluries vidit et interfuit tamquam Tabellio solutioni predictorum jurium et reddituum facte ab officialibus Curie pro tempore existentibus predictis Cantori Canonicis et Clericis predicte Cappelle Sacri Palacii Pan. nec non et Magistro scolarum predicto pro se et suis quatuor Clericis supradictis recipientibus quandoque per se quandoque per procuratorem eorum et scripsit ex inde apodixam et alias cautelas factas de solutione predictorum jurium et reddituum ad cautelam eorumdem officialium Curie pro temporo solventium predictas pecuniam victualia vino et rebus aliis supradictis Curie et in eorum defectu de emptitiis predictis Cantori Canonicis et Clericis et Magistro scolarum pro se et predictis quatuor Clericis suis scolaribus recipientibus quandoque per se quandoque per procuratorem eorum quantitatem pecunie victual. vini et eorumdem rerum quantitatem superius particulariter nominatas. † Notarius Dominicus de Pluano juratus et interrogatus super premissis dixit idem per omnia quod testis proximus. † Notarius Benedictus Tabellio Pan. juratus et interrogatus super premissis dixit idem quod testis proximus. † Bonsignorus de Catania juratus et interrogatus super predictis dixit idem quod notarius Gullelmus de notario Michaele testis superior, preter quod non fuit procurator Curie, nec ut ponderator ponderavit, et solvit de pecunia Curie predictis Cantori Canonicis et Clericis predicte Cappelle predictam pecunie quantitatem, addidit tamen quod cum ipse testis per plures annos fuerit Judex Pan.

pluries vidit et interfuit tamquam Judex solutioni predictorum jurium et redditnum facte predictis Cantori Canonicis et Clericis nec non et Magistro scolarum Cappelle predicte et predecessorum eorum ab eisdem officialibus Curie pro tempore solventibus eis jura et redditus supradictorum et subscripsit se ut Judex et posuit sigillum in apodixis, et aliis cautelis factis de solutione jurium et redditnum predictorum ad cautelam officialium Curie pro tempore solventium pro parte Curie predictis Cantori Canonicis et Clericis et Magistro scolarum Cappelle predicte recipientibus quandoque per se quandoque per procuratorem eorum de predictis pecuniis victualibus vino et rebus aliis Curie et ipsorum defectu de emptitiis, quantitatem pecunie victualium vini et earumdem rerum superius particulariter descriptarum. Ad alia omnia interrogatus dixit idem per omnia quod Notarius Robertus Tabellio, excepto quod non fuit nec est publicus Tabellio Pan. † Presbiter Petrus de Dominis juratus et interrogatus super premissis dixit idem per omnia quod testis proximus excepto quod numquam fuit Judex Pan., addidit tamen quod cum sub felici dominio dicti domini nostri Regis Karoli in annis videlicet quarte decime quinte decime Ind. p. p. fuerit procurator predictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum ipsius Cappelle pro parte ipsorum recepit et habuit a domino Mattheo Ruffulo eisdem annis quarte decime et quinte decime Ind. p. p. et domino Leone de Pando eodem anno prime Ind. p. p. Regio Secreto Sicilie solventibus et assignantibus pro parte Curie et ad mandata Regia sibi facta tam per se quam sub officiales eorum infra tempus officiis cujuslibet eorum de pecunia victual. vino et rebus aliis supradictis predictam quantitatem victualium pecunie vini et rerum aliarum presignatarum in depositione predicti primi testis contemptarum et de receptis per cum factis eis ex inde fieri apodixas idoneas ad cautelam. Ad alia omnia interrogatus dixit idem per omnia quod testis proximus excepto quod non fuit Judex Pan. † Notarius Andreas de Domino Bonacurso juratus et interrogatus de premissis dixit idem per omnia quod notarius Robertus testis superior. † Magister Petrus Sacasta juratus et interrogatus super predictis, dixit idem per omnia quod presbiter Petrus testis superior excepto quod non fuit procurator eorumdem Cantoris Canonicorum et Clericorum predictorum nec ut procurator ipsorum recepit ab eisdem officialibus jura et reditus supradicta. + Magister Joannes de Rogero publicus Tabellio civitatis ejusdem juratus et interrogatus super predictis dixit idem per omnia quod notarius Robertus Tabellio Pan. excepto de tempore de quo dixit a quindecim annis et ultra. † Philippus de Pando juratus et interrogatus super predictis dixit se nihil inde scire nisi quod anno proximo presenti prime Ind. quo anno fuit Gaytus Pan. ad mandatum Domini Leonis de Pando patris sui tunc secreti Sicilie solvit et assignavit de pecunia victual. vino et rebus aliis supradictis Curie et in ipsorum defectu de emptitiis cur. existentibus per manus dicti Domini Leonis Patris sui tunc secreti jura et reditus supradicta. † Dominus Bonvenutus Clericus juratus et interrogatus super predictis dixit idem per omnia quod magister Petrus Sacasta testis superior. † Judex Martinus de Salmonde juratus et interrogatus super premissis dixit idem per omnia quod Bonsignorus de Cathania testis superior. Unde ad futuram memoriam et tam Regie Curie quam dicti domini Secreti cautelam presens scriptum inquisitionis publicum ex inde sibi factum per manus mei dicti Tabellionis meo signo signatum sigillo et subscriptione nostri dicti Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum actum Pan. anno die mense pretitulatis. † Ego Thomasius Gallus qui supra Judex me subscripti et sigillo apposui. † Ego Angelus Echarolus testis

sum. † Ego Gullelmus Batta testis sum. † Ego Gratianus de Adam Lombardus testis sum. † Ego Petrus de Monte Regali testis sum. † Ego Joannes de Pattis camptor testis sum. † Ego Guidotus camptor testis sum. † Ego Notarius de Castro Joanne testis sum † Ego Petrucius camptor testis sum. † Ego Mattheus camptor testis sum. † Ego Alexander de Giffeno testis sum. † Ego Bartolomeus de Joanne publicus Tabellio Pan. rogatus scripsi et meo signo signavi. Unde ad futuram memoriam et de premissis fides in posterum apud omnes haberi valeat plenaque certitudo presens scriptum ex dicto originali transumptum factum est ad cautelam predicte Cappelle Cantoris Canonicorum et Clericorum predictorum per manus mei dicti Tabellionis nostris subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Actum Pan. anno die mense et inditione pretitulatis.

† *Ego Martinus de Salmona qui supra Judex me ss.*
† *Ego Gullelmus de Avanto testor.*
† *Ego Galterius de Sancta Aurora testor.*
† *Ego Notarius Paganus de Galca testor.*
† *Ego Orlandus de Barona testis sum.*
† *Ego Bartolomeus de Joanne publicus Pan. Tabellio rogatus scripsi et meo signo signavi.*

LIX.

Transumptum informationis receptae per Secretum Sic. mandante Constantia Reg. super uncias auri quatuor quas pro luminaribus faciendis R. Cap. a Curia percipere consueverat.

A. 1284.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo quarto mense Martii vigesimo septimo ejusdem duodecime indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Petro Dei gratia inclito Aragonum et Sicilie Rege Regnorum suorum Aragonum anno octavo, Sicilie vero anno secundo feliciter amen. Nos Nicolaus Frumentinus Judex civitatis Panormi notarius Benedictus publicus Tabellio civitatis ejusdem, et subscripti testes ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus, et testamur quod providus vir notarius Peregrinus de Panormo ad nostram accedens presentiam obtulit, et ostendit nobis quoddam mandatum sibi directum a nobili viro domino Nicolao Fallavia una cum sociis Regio Secreto totius Sicilie cum inserta in eo forma cujusdam sacri mandati excellentissime domine nostre Regine noto, et vero sigillo predicti domini Nicolai Secreti de cera viridi sigillati, quod vidimus, et legimus continentie infrascripte. Provido viro notario Peregrino de Panormo dilecto amico suo Nicolaus Fallavia una cum sociis Regius Secretus Sicilie salutem, et dilectionem sinceram. A serenissima domina nostra Constantia Aragonum, et Sicilie Illustrissima Regina sacras recepisti literas in hec verba Constantia Dei gratia Aragonum et Sicilie Regina Hugoni Talac, et Sociis Secreto Sicilie fidelibus suis, gratiam suam, et bonam voluntatem. Martini Thesaurarii

(1) Ex authographo membr. in R. Cap. servato.

Cappelle Palatii nostri Panormi devoti nostri oblata culmini nostro petitio continebat quod cum olim a temporibus quondam felicium Regum Sicilie precessorum nostrorum recolende memorie usque ad hec felicia tempora nostra pro luminaribus faciendis in eadem Cappella infrascriptis diebus unciarum auri quatuor ponderis generalis de pecunia cuncti officii Secretie Sicilie consueverunt anno quolibet per nostram curiam exhiberi pecuniam ipsam sibi tribui pro presenti anno duodecime indictionis, pro quo sicut asserit nondum recepit eadem de benignitate Regia mandaremus cujus supplicationibus benigne admissis fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus si notorium fuerit constitueritque vobis ad plenum predictum Thesaurarium, et predecessores suos, qui pro tempore fuerint in eadem Cappella a temporibus dictorum quondam Regum Sicilie usque ad hec tempora nostra, dictas uncias auri quatuor de pecunia Curie dicti officii Secretie pro luminaribus faciendis in eadem Cappella in feriatis diebus consuevisse anno quolibet a curia percipere, et habere certificatis priùs per literas Joannis Guertii de Messana militis consiliarii et familiaris, et Nicolai de Ebdemonia de Panormo dudum infra presentem annum secretorum et magistrorum procuratorum Sicilie precessorum vestrorum in eodem officio nostrorum fidelium, quod predictam quantitatem pecunie, vel aliquam partem ipsius pro predictis luminaribus ejusdem anni predicto Thesaurario, vel alicui alii non solverit nec fecerit exhiberi predictas uncias auri quatuor pro predicto anno presenti in consuetis terminis predicto Thesaurario pro predictis luminariis faciendis de pecunia Curie dicti officii Secretie, que est vel erit per manus vestras proprias consuetum est hactenus tribuatis recepturi ab eo, dum his, que provide sibi solveritis ad vestri cauthelam idoneam apodixam. Datum Panormi anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio mense Februarii vicesimo quinto ejusdem XII Indictionis Regnorum nostrorum Aragonum anno octavo Sicilie vero secundo. Cupientes igitur prescriptum sacrum mandatum regium debita devotione complere ipsumque executioni debite demandari, ad quam faciendam personaliter interesse non possumus gravi infirmitate detenti confidentes de prudentia fide, et legalitate vestra plenam gerentes fiduciam de qua laudabile testimonium peribetur, vobis vicem nostram pro parte Curie totaliter committimus in hac parte prudentie vestre qua fungimur auctoritate mandantes quatenus formam ipsius sacri mandati Regii diligeritis inspectam, et in quantum vobis committimus observata ad requisitionem ipsius Thesaurarii adhibitis vobis Judice et Notario publico per homines fideles fide dignos et rei conscios recepto prius ab eorum quolibet de veritate dicenda debito juramento inquisitione pro parte Curie cum omni diligentia faciatis si tam dictus Thesaurarius quam et precessores sui Thesaurarii dicte Cappelle hactenus temporibus felicium Regum Sicilie recolende memorie usque ad hec felicia tempora dicte domine nostre Regine dictas quatuor uncias auri per annum a Secretis Sicilie pro faciendis predictis luminaribus in eadem Cappella consueti sunt percipere et habere, quam inquisitionem per vos factam in formam publicam redactam absque dilatione nobis mittatur, ut ea habita juxta ejus minutam ad executionem ipsius mandati cautius procedere valeamus cautum tamen vos esse volumus ut nullo unquam tempore posset inde aliud inveniri quam quod nobis per eamdem inquisitionem duxeritis intimandum. Datum Panormi vicesimo quarto Martii XII Indictionis. Prefatus autem notarius Peregrinus volens prescriptum mandatum exequi reverenter nos pro parte Curie requisivit nostrum officium implorando ut in facienda inquisitione ipsa sibi assistere personaliter deberemus factam postmodum sibi executionem ad Curie et dictorum Secretorum cauthelam quoddam publicum instrumentum, ut eodem scripto publico facto de pre-

dicta inquisitione per eundem notarium Peregrinum auctoritate prescripti mandati sibi directi, et missi predicto Secreto idem secretus ad executionem ipsius sacri mandati dicte domine Regine juxta ipsius inquisitionis minutam procedere valeat cum cautela cujus requisitionem ut pote justam, et in vim consonam admittentes eidem notario Peregrino astitimus personaliter in facienda inquisitione predicta, quam inquisitionem idem notarius Peregrinus ad requisitionem predicti magistri Martini per infrascriptos homines de Panormo fideles domini nostri Regis fide dignos, et hujusmodi rei conscios per quos rei veritas de premissis melius potuerit indagari recepto prius ab unoquoque ipsorum de veritate dicenda corporali ad Sancta Dei Evangelia debito juramento fecit de premissis nobis presentibus, et videntibus inquisitionem subscriptam quorum testium nomina cognomina, et depositiones sunt hec † Georgius Ritius de Panormo juratus, et interrogatus si sciret quod predictus Magister Martinus Thesaurarius dicte Regie Cappelle, et precessores ejus, qui pro tempore fuerunt Thesaurarii in eadem Cappella a temporibus dictorum quondam felicium Regum Sicilie usque ad hec tempora felicia dicte domine nostre Regine dictas uncias auri quatuor de pecunia Curie officii Secretie pro luminaribus faciendis in eadem Cappella in feriatis diebus consueverunt anno quolibet a Curia percepire, et habere dixit quod sic, interrogatus de causa scientie dixit quod cum fuerit, et sit civis Panormi interfuit pluries, et vidit predecessores predicti Magistri Martini, qui pro tempore successive fuerunt Thesaurarii in eadem Regia Cappella videlicet dominum Guarinum de Lauro dominum Jacobum de Gentili, et dominum Bartholomeum de Jato temporibus dicti quondam domini Imperatoris Friderici, et successive quondam domini Regis Caroli primi, et tempore quondam domini Regis Manfredi bone memorie. Nec non, et dominum Joannem de Ebdemonia, et prius eum predictum Magistrum Martinum, qui nunc est Thesaurarius ipsius Regie Cappello a temporo Caroli Comitis Provincie usque ad hec felicia tempora dicte domine nostre Regine predictas uncias auri quatuor generalis ponderis ad rationem de tarenis auri decem ejusdem ponderis per mensem de pecunia Curie officii Secretie pro luminaribus faciendis in eadem Cappella, et feriatis diebus anno quolibet percipere, et habere quandoque per se quandoque per procutores eorum, et predicte Cappelle a Secretis Sicilie, Vicesecretis, et Gaytis Panormi, qui pro tempore fuerunt successive temporibus supradictorum dominorum Imperatoris et Regum, et dicti Comitis Provincie, et dixit quod hoc notorium est per civitatem Panormi interrogatus de loco dixit in civitate Panormi. Item interrogatus de consuetis terminis solutionis predicte pecunie dixit quod sicut vidit, et bene novit temporibus dictorum dominorum Imperatoris et Regum consuevit solvit predictam pecuniam eisdem Thesaurariis per officiales Curie predicte, ut dictum est de mense in mensem, et quandoque ante mensem, et quandoque post mensem tempore tamen dicti Comitis Caroli de mandato, et ordinatione sua consuevit dari eisdem Thesaurariis predictam pecuniam cum omnibus aliis juribus dicte Cappelle consuetis sibi dari in pecunia infra festum Pentecostes, sicut vidit, et constat ad plenum. Item dixit in causa scientie quo tempore festis subscripsit se pluries ad preces dictorum Thesaurariorum in quibusdam apodixis factis per eos predictis officialibus de solutione predictarum quatuor unciarum auri solutarum eis anno quolibet pro causa predicta. † Riccardus de Pulcaro juratus et interrogatus super premissis omnibus dixit iddem per omnia quod proximus testis, et addidit que cum per plures annos esset Gaytus Panormi tam tempore quondam domini Regis Manfridi quem tempore Comitis Caroli supradicti ad maudata Secretorum, qui tunc temporis erant eidem testi

inde directa solvit tam precessoribus dicti Magistri Martini tempore dicti Regis Manfridi, quem eidem domino Joanni de Ebdemonia, et eisdem Magistro Martino post eum tempore dicti Caroli de pecnoia Curio dicti officii Secretie, que erat per manus ipsius testis temporibus officii sui predicte Gaytio uncias auri quatuor ponderis generalis constito sibi prius do premissis por inquisitionem ex iodo facta per eum de mandato predictorum secretorum sub qnorum magistratu exercebat officium Gaytie in Panormo, et do solutiono ipsius pecunie facta predictis Thesaurariis, et quando procuratoribus eorum pro eis recipiendi testis ab eisdem Thesaurariis, et a procuratoribus eorum ad Curio certitudinem, et sui cauthelam anno quolibet idoneam apodixam, quas apodixas predicti officiales Curie sub quorum magistratu sint Gaytus admiserunt in ratione sua. † Dominus Oddobonus de Bagnolo Miles juratus, et interrogatus super premissis omnibus dixit idem, quod Riccardus de Pulcaro proximus testis, excepto quod ipse testis non fuit Gaytus Panormi aliquo tempore, sed cum fuerit Secretus Sicilie una cum domino Simone do Esculo, et aliis sociis eorum in anno none indictionis primo predictis solvit pro ipso anno procuratori tam dicte Cappelle quam ejusdem Magistri Martini pro eo predictas uncias auri quatuor ponderis generalis pro luminaribus supradictis, et recepit ex inde ab eodem procuratore idoneam apodixam quo admissa fuit in ratiooo sua. † Notarius Simon de Farrasi juratus et interrogatus super premissis omnibus dixit iddem quod prenominatus testis excepto quod non recordatur do tempore domioi Imperatoris, sed a tempore dicti Regis Caroli primi citra addidit tamen et dixit quod cum fuerit tempore quondam domini Regis Manfridi notarius Gaytie Panormi per annos novem, et plus interfuit vidit, et bene novit predicta, et scripsit solutionem predicto pecunie factam Thesaurariis dicte Cappello et procuratoribus eorum pro eis qnolibet anno dictorum novom annorum pro prodictis luminariis in quintorno Gaytie Paormi dixit, etiam idem testis quod multociens infra tempore dicti notariatus in quo exercuit in officio Gaytie solvit predictis Thesaurariis, et procuratoribus eorum do dicta pecunia officii Secretie de mandato Gaytorum qui tunc erant anno quolibet uncias auri quatuor expeditas. † Notarius Lucas de Guidayfo juratus et interrogatus super premissis omnibus dixit iddem quod notarius Simou proximus testis excepto, quod ipse testis non fuit notarius Gaytio Panormi tempore Regis Manfridi, sed fuit a tempore dicti Caroli Provincie Comitis usquo ad hec felicia tempora dicte domine nostre Regine notarius dicte Gaytie, et est ad presens et excepto dicto tempore de quo dixit ipsum foisse notarium Gaytio Panormi per dictos annos continue usque nunc. † Notarius Pandolfus de Scriba juratus et ioterrogatus dixit iddem quod primus testis, excepto de temporo Regis Manfridi piedicti infra qnod fuit absens a Panormo addidit tamen, et dixit in causa scientie quod cum temporo domioi Imperatoris Friderici fuisset Gaytus Panormi per unum annum solvit predictas quatuor uncias auri Thesaurariis predicto Cappelle, qui tuoc erat pro ipso anno quo fuit Gaytus dicte pecunie Curie que tunc erat per manus suas, et recepit ex inde apodixam idoneam, quo admissa fuit sibi tempore sui ratiocinii. † Notarius Bartholus de Joanno publicus tabellio civitatis Panormi juratus et interrogatus super premissis dixit iddem quod primus testis, excepto quod non recordatur do tempore dicti qoondam domini Imperatoris, sed a tempore Regis Caroli primi citra addidit tamen, et dixit, quod cum fuerit procurator Caotoris Canonicorum Thesaurarii, et aliarum personarum predicte Cappelle per diversos annos recepit pro parte ipsorum omnia jura consueta eorumdem, et ejusdem Cappello ab officialibus Curie qui tunc orant successive et de pecunia ipsa recepta pro parte quorum erat procurator ut dictum

est solvit et exhibuit dicto Magistro Martino Thesaurario dicte Cappelle pro predictis luminaribus faciendis in eadem Cappella inferiatis diebus uncias auri quatuor ponderis generalis quolibet anno dnm fuit procurator, dixit etiam qood scripsit tamquam tabellio apodixas factas de solutione predictorum jorium dicte Cappelle ad cautelam officialium Curie solventium jura ipsa per diversos annos tam antequam esset procurator, quam post, et etiam scripsit inquisitionem dictorum jurium ad petitiooem quorumdam officialium ad eorum cauthelam per quas constitit eis de juribus supradictis. † Dominns Mattheus Cantor dicte Cappelle juratus, et interrogatus super premissis dixit iddem per omnia, quod primos testis. † Benevenutus Diaconus Tertiarius dicte Cappelle juratus et interrogatus super premissis omnibus dixit iddem, quod proximus. † Presbiter Bernardus Cappellanus dicte Cappelle juratus et ioterrogatus super premissis, dixit iddem, qnod proximus. † Petrus Sacrista Diaconus ejusdem Cappelle juratus et interrogatns super premissis, dixit iddem, quod proximus et addidit, quod cum fuerit per plures annos procurator Cantoris Canonicorum Thesaurariornm, et aliarum persooarum dicte Cappelle recepit ab officialibus Curie qui pro tempore fuerant tempore procurationis sue omnia jura dicte Cappelle et personarum ipsarum anno quoli bet, et pro tempore quo fuit procurator eorum, et dictam pecuniam ab eisdem officialibos receptam per eum ut dictum est, ipse testis solvit Thesaurariis dicte Cappelle predecessoribus dicti Magistri Martini uncias auri quatuor generalis ponderis pro luminariis supradictis anno quolibet infra tempus procurationis sue predicte. † Andreas Clericus de Succentore juratus et interrogatns dixit iddem, quod presbiter Bernardus, preter quod non recordatur a tempore dicti domini Imperatoris, sed a tempore dicti domini Regis Manfridi citra. † Joannes de Claro Terciarius dicte Cappelle juratus et interrogatus super premissis dixit iddem, quod Petrus Sacrista Diaconus, preter de tempore dicti domini Regis Manfridi quia erat abseos a Panormo ipso tempore, et preter quod oon fuit procurator eodem tempore domini Regis Manfridi, sed tempore Comitis Caroli supradicti. † Presbiter Petrus de Durruntis juratus et interrogatus super premissis dixit iddem, quod Joaones de Claro proximus testis, et addidit quod fuit ipse testis presens in Panormo tempore dicti Regis Manfridi, et scit, et bene novit predicta a tempore dicti domini Imperatoris Friderici usque ad hec felicia tempora dicte domine nostre Regine. † Martinus de domino Rachel Clericus dicte Cappelle juratus et interrogatus super premissis dixit iddem, quod Benevenutus testis precedens. † Presbiter Nicolaus de Costa jnratus et interrogatus super premissis, dixit iddem, quod Andreas de Succentore. † Andreas de Leonardo Magister scolarum dicte Cappelle juratus et interrogatus super premissis dixit iddem, quod proximus. Unde ad futuram memoriam, et tam Regie Curie certitudinem quam predictorom Secretorum cautelam presens scriptum publicum ex inde factum est ad requisitionem pro parte Curie nobis factam per ootarium Peregrinum predictom per manus meas predicti Tabellionis nostro signo signatum sigillo, et subscriptione mea qui supra Judicis, et subscriptorum testium subscriptionibus, et testimonio roboratis. Scriptum Panormi anno, meose, die, et indictione premissis.

† *Ego Nicolaus Frumentinus qui supra Judex me subscripsi et sigillavi.*
† *Ego Obbertus Saladinus Biccariensis Canonicus testis sum.*
† *Ego Joannes Succarius Clericus Panormitane Ecclesie testis sum.*
† *Ego Symon de Notario Benincasa Panormitanus Clericus me subscripsi.*
† *Ego Jacobus de Monte me subscripsi et testor.*
† *Ego Notarius Bartholomeus Nicota civis Panormi testis sum.*
† *Ego Benedictus publicus Tabellio Panormi qui supra predictis interfui rogatus scripsi et meo signo signavi.*

LX.

Transactio inter Canon. Guarinum, et Eximenium Reg. Cap. Clericum de quad. domo, et vinea Reg. prebendae.

A. 1309.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo nono mense Madii et die nono ejusdem mensis septime Indic. Regnante Dei gratia serenissimo domino nostro domino Rege Friderico tercio Regni sui anno quartodecimo feliciter amen. Nos Bartolomeus de Morella Judex Pan. Laurentius de Menna publicus Tabellio civitatis ejusdem et subscripti testes ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod cum quedam lis seu controversia vertenda in Curia reverendi in Christo patris et domini domini Bartolomei venerabilis Panormitani Archiepiscopi et Regie Cappelle Magistri Cappellani, coram Vicario suo inter presbiterum Guarinum de Renda Canonicum Cappelle Sacri Regii Palacii civitatis Panormi ex una parte et Eximenium Sanchis Clericum predicte Regie Cappelle et beneficialem Ecclesie Sancti Leonardi de Alfues site infra territoria Sacce et Calatabellotte agrigentine diocesis ex parte altera ut dixerunt, super eo videlicet quod predictus presbiter Guarinus ratione prebende et canonicatus sui que in predicta Cappella Sacri Regii Palacii Pan. obtinet, petebat ab eodem Eximeno quamdam domum sitam in civitate Panor. in quarterio Calce et quamdam vineam sitam in territorio Pan. in contrata Garbales subscriptis finibus limitatas. Contra asserebat idem Canonicus ad prebendam et canonicatum ipsum suum pleno jure spectare et ex adverso opponebatur easdem domum et vineam spectare ad predictam Ecclesiam Sancti Leonardi dicti Clerici, et eodem Clerico citato de mandato predicti domini Archiepiscopi de comparendo coram eo et eidem Canonico super premissis respondendo et pro contumacia non comparente et ut dixit idem presbiter Guarinus Canonicus ratione dicte prebende sue et canonicatus inductus extitit in corporalem possessionem ipsarum domus et vinee cum non servandam donec idem Clericus suam purgaret contumaciam et satisdaret curiam de stando fieri et justiciam faciendo, tandem amicorum suorum interventu prefato Eximenio beneficiali predicte Ecclesie Sancti Leonardi asserente se fore reductum ad conscientiam et affirmationem predictam vineam ad eundem presbiterum Guarinum ratione predicte prebende et canonicatus sui de jure pertinere et eamdem domum ad dictam Ecclesiam Santi Leonardi pertinere, isdem presbiter Guarinus pro parte sui canonicatus et prebende et dictus Eximenius pro parte dicte sue Ecclesie Sancti Leonardi de predicta lite sua et cotumacia ad descriptam transactionem finem et concordiam invenire devenerunt, videlicet quod idem Eximenius Clericus beneficialis dicte Ecclesie Sancti Leonardi retempta ipsi beneficiali pro parte dicte sue Ecclesie Sancti Leonardi predicta domo cum juribus et pertinentiis suis restituit et cessit ipsi presbitero Guarino nomine et pro parte dicte prebende et canonicatus sui que et quem idem presbiter Guarinus in predicta Cappella Sacri Regii Palacii Panor. obtinet, predictam vineam cum Juribus, rationibus,

(1) Extat Instrument. in membran. Reg. Cap.

et pertinentiis suis dans et concedens idem Eximenius Sanchis beneficialis eidem presbitero Guarino Canonico et successoribus suis in eisdem canonicatu et prebenda liberam licentiam auctoritatem et plenariam potestatem ut idem Canonicus et successores sui in eisdem canonicatu et prebenda predictam vineam cum juribus et pertinentiis suis habeant, teneant et possideant idem ea et in ea deinceps et in perpetuum faciant velle eorum pro parte et nomine ipsorum prebende et canonicatus ejusdem presbiteri Guarini absque predicti beneficialis et successorum suorum vel alterius summisse persone calumniantis nomine et pro parte sua molestiam vel contradictionem et e converso predictus presbiter Guarinus Canonicus voluit et consensit quod idem beneficialis pro parte et nomine dicte sue Ecclesie et pro ipsa sua Ecclesia Sancti Leonardi demum ipsam cum accessibus et egressibus juribus et pertinentiis suis habeat teneat et possideat et de ea in ea deinceps et in perpetuum faciat idem beneficialis et successores sui velle suum absque predicti Canonici et successorum suorum vel alicujus alterius summisse persone calumniantis nomine et pro parte sua et successorum suorum molestiam vel contradictionem. Quam transactionem, finem, et concordiam, et omnia et singula supradicta promiserunt ipse partes invicem pro se et eorum successoribus et convenerunt per sollemnem stipulationem una pars alteri per se suorum successoribus stipulantur rata et firma habere et tenere et nullo umquam tempore contra predicta vel aliquod predictorum facere vel venire sub hypoteca bonorum omnium eorum presentium et futurorum et sub pena unciarum auri quinque ad opus Curie et partis servantis predicta a me predicto Tabellione pro parte Curie sollemniter stipulata et ab eisdem partibus sponte promissam; predictis omnibus in sue robore permansuris et renunciatis super hiis ab eisdem partibus omni jurium scripto et non scripto generali et speciali constitutionum et consuetudinum et specialiter ille civitatis Pan. consuetudinem qua cavetur que in instrumentis apposite non sunt, a Panormitanis civibus excipiende exceptione doli mali et in futurum obsidiaria et omni legitimo ligamine et canonum auxilio quo vel quibus se possent contra predicta defendere vel juvare. Fines vero predicte vinee sunt hii; ab una parte est vinea domini Bartolomei Tallavie ab alia parte est vinea Rogerii Sclavii, et ab alia parte est vinea Philippi de Tifano et ab alia parte est via publica. Unde vinea ipsa habet introitum et exitum suum et fines predicte domus sunt hii ab una parte est via publica predicta unde domus ipsa habet introitum et exitum suum ab alia parte est domus Sancte Trinitatis Thodizches Pan. quam tenet ab annuo censu notarius Joseph de Beutifano et si qui alii eisdem vinee et domus sunt confines. Unde ad futuram memoriam et predicti presbiteri Guarini Canonici et successorum suorum cautelam presens scriptum publicum ex inde factum est per manus mei dicti Tabellionis meo signo signatum qui supra Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Datum Pan. anno, mense, die, et indictione premissis.

† *Ego Bartolomeus de Morella qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Jacobus de Milacio Magister scolarum dicte Regie Cappelle Palacii civitatis Pan. testis sum.*

† *Ego Ilarius Clericus de Bononia testis sum.*

† *Ego Riccardus de Bonavita testis sum.*

† *Ego Gullelmus de Biffardo testor.*

† *Ego Laurentius de Menna publicus Pan. Tabellio rogatus scripsi et sigillo meo sigillavi.*

LXI.

Transumptum cap. concessionis domus ad annuum censum duorum auri tarenorum.

A. 1309.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo nono undecimo die mensis Junii septime indictionis Regnante Dei gratia serenissimo domino nostro domino Rege Federico tercio regni sui anno quartodecimo feliciter amen. Nos Bartholomeus de Morella Judex civitatis Tancridus de Cristoforo Diaconus publicus Tabellio civitatis ejusdem et subscripti licati testes ad hoc vocati specialiter et rogati presenti publico Instrumento notum facimus et testamur quod in presentia nostra discretus vir presbiter Joannes de Silvestro Succentor Sacre Cappelle Palacii Panor. ac beneficialis Ecclesie Sancte Marie Magdalene de Galca sua nobis expositione monstravit quod cum olim anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo quinto mense octobris vicesimo primo ejusdem none indictionis tempore contracti matrimonii inter Gervasium de Monisen civem Panor. ex una parte et Marinam de Ss. Willaohs mulierem ex parte altera, dominus Bartholus Siniscalcus Cantor Cappelle Sacri Palacii Panor. pro ipso matrimonio potius decorando dederit et habere concesserit eidem Marine mulieri fructus usus et proventus unius domus site in Galca Panor. in ruga Sancte Marie Magdalene de Galca de qua domo dicta Ecclesia Sancte Marie Magdalene debet habere et recipere annuatim tarenos auri duos nomine census ut in subscripto capitulo donationis predicte in casu contraventionis ipsius matrimonii contento plenius continetur, quod predictum capitulum ad sui et successorum suorum in eadem Ecclesia penes se et dictam Ecclesiam publicatum habere petiit a nobis nostrorum qui supra Judicis et Tabellionis officium implorando cujus petitionem ut pote justam et rationi consonam admittentes dicta mei predicti Tabellionis perquisivimus diligenter in quibus invenimus ipsum contractum matrimonii predicti in quo continetur capitulum ipsum donationis predicte quod capitulum donationis ipsius ad petitionem dicti beneficialis de verbo ad verbum, nihil in eo abdito diminuto vel mutato in presentem formam publicam per manus mei dicti Tabellionis auctoritate judiciaria interposita duximus fideliter publicandum, cujus tenor predicti capituli per omnia talis est. Item dominus Bartholus Cantor Cappelle Sacri Palacii Panor. de sua bona voluntate dedit et habere concessit eidem Marine fructus usus et proventus cujusdam domus que fuit olim quondam Joanne de Discino site in Galca Panor. in ruga Sancte Marie Magdalene contigua ex una parte domus Cantorie ad habendum et tenendam in vita sua tantum; contra si contingerit filium vel filiam habere ex viro suo sit sua et heredum ipsius in perpetuum et si forte contingerit mori filiis non relictis quod predicta domus cum omnibus Juribus et pertinentiis suis ad predictam Ecclesiam Sancte Marie Magdalene de Galca legitime et sine aliqua contrarietate tradatur. Interim tam dicta Marina cum viro suo predicto teneatur dare anno quolibet dum tenuerit nomine census predicte Ecclesie tarenos auri duos. Ad hujus autem sumpti de verbo ad verbum in dicto originali capitulo ipsius donationis transumpti fidem apud alios in posterum faciendam presens publicum Instrumentum publicationis predicte factum est per

(1) Autographum servatur in membranis R. Cap.

manus mei dicti Tabellionis meo signo signatum subscriptione mei qui supra Judicis ac subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. In quo quod contractu matrimonii predicti de quo transumptum est ipsum capitulum ejusdem donationis interfuerunt testes subscripti videlicet Magister Paulus de Vallo Not. Joannes de Sicaldo Jacobus Sellaicus abbas Joannes de Siniscalco Paulus de Aunfum Andreas Eteusius Mattheus Piplisius Georgius Pulsius. Quod autem abrasum est in quarta linea descendenter ubi legitur rogati per me dictum Tabellionem abrasum est et emendatum. Scriptum Pan. anno, die, mense, et indictione premissis.

† *Ego Bartholomeus de Morella qui supra Judex me subscripsi.*
† *Ego Paulus de Vallo Can. Regie Cappelle Pan. predictis omnibus interfui etc.*
† *Ego Presbiter Andreas de Aprucio Clericus Regie Cappelle Palacii Pan. predictum originale cap. vidi legi et me subscripsi.*
† *Ego Michael de Petro Clericus Regie Cappelle Sacri Palacii Panor. predictum originale capit. vidi legi et me subscripsi.*
† *Ego Presbiter Jacobus de Milacio Magister scolarum prediete Cappelle predietum originale capit. vidi legi et me subscripsi.*
† *Ego Joannes de Bentifano dictus de Palca predietum originale cap. vidi legi et me subscripsi.*
† *Ego Presbiter Nicholaus de Not. Joanne predictum orig. cap. vidi legi et me subscripsi.*
† *Ego Orlandus de Renda Clericus Sacri Palacii civitatis Pan. originale cap. vidi legi et me subscripsi.*
† *Ego Matteus Piplisius Clericus Cappelle Sacri Palacii Panor. predictum originale cap. vidi legi et me subscripsi.*
† *Ego Tancridus de Cristoforo Diaconus publicus Tabellio civitatis Pan. prout vidi et legi in ipso originali capitulo rogatus scripsi et meo signo signavi.*

LXII.

Concessio cujusd. soli terrae ad Eccles. S. Mariae de Admirato pertinentis pro an. censu trium auri tarenorum.

A. 1309.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo nono mense Julii vicesimo octavo ejusdem septime indictionis Regnante Dei gratia serenissimo domino nostro Rege Friderico tercio regni sui anno quartodecimo feliciter amen. Nos Bartolomeus de Morella Judex civitatis Pan. Not. Gullelmus de Rogerio Clericus publicus Tabellio dicte civitatis Pan. tenimenti sui et majoris Ecclesie Panormitanensis Diocesis, et subscripti testes ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod dominus Ogerius de Verzolio Venerabilis Cantor Cappelle Sacri Regii Palacii dicte civitatis Pan. et Rector ac beneficialis Ecclesie Sancte Marie de Admirato Pan. ad regiam collactionem de jure spectantis asserens se pro parte et no-

(1) Ex autogr. in R. Cap. servato.

mine dicte Ecclesie sue Sancte Marie de Admirato Pan. inter alia bona ipsius Ecclesie exhistentia in civitate Pan. et territorio suo ad ipsam Ecclesiam suam de jure spectantia habere tenere et possidere quoddam solum terre vacue dicte Ecclesie sue Sancte Marie posite in dicta civitate Pan: in plano Sancti Jacobi maritime civitatis ipsius subscriptis finibus limitate longitudinis cannarum sex et amplitudinis cannarum duarum et medie quod a manibus Magistri Constantini speciarii revocavit pro eo quod inedificatum et minus utile dicte sue Ecclesie pro censu annuo tarenorum auri duorum minus debite ab eadem Ecclesie possidebat volens in hoc conditionem predicte sue Ecclesie reddere meliorem et ipsius jura proventus, et redditus de bono in melius augumentare eo quod nullum quasi commodum de dicto solo dicta sua Ecclesia sequebatur dum maxime dictum solum inedificatum manebat habito super hoc consilio diligenti sponte coram nobis pro parte et nomine dicte Ecclesie sue Sancte Marie de Admirato locavit et concessit Simoni de Mano civi Panormi et suis heredibus in perpetuum dictum solum dicte terre dicte Ecclesie sue Sancte Marie longitudinis et amplitudinis supradicte cum omnibus juribus rationibus justitiis ac justis pertinentiis suis et cum omnibus et singulis que infra suos continentur confines, ad edificandum et construendum per eum et heredes suos ad omnes expensas suas in domum casam apothecam seu tabernam ad enphiteosim sive ad annuum censum tarenorum auri trium ponderis generalis per eum et heredes suos in perpetuum dicto beneficiali et successoribus suis anno quolibet de mense Augusti in festo dicte Ecclesie Assumptionis Beate Marie Virginis solvendorum et ipsum solum edificatum per eum vel heredes suos in perpetuum ex causa predicta habendi, tenendi, possidendi, dandi, vendendi, alienandi, permutandi, et pro anima judicandi, et faciendi de eo et in eo totum velle et desiderium, suum et heredum suorum absque ipsius beneficialis et successorum suorum calumnia, et contradictione aliqua salvo in omnibus et per omnia censu predicto sub pactis et conventionibus infrascriptis habitis inter eos videlicet quod si a soluptione dicti census annui per eumdem emphiteotam vel heredes et successores suos per bienniurn cessatum fuerit quod liceat dicto beneficiali et successoribus suis dictum solum omni benefacto suo ad jus dominium et proprietatem dicte Ecclesie auctoritate propria libere revocare defensa, et exceptione aliqua non obstante. Item quod si dictus Simon vel heredes sui vendere voluerint dictum solum cum benefacto suo quod non liceat eis ipsum alicui alie Ecclesie, Comiti, Baroni, Militi, Fisco vel potentiori persone vendere, alienare nec aliquatenus judicare sed si ipsum omnimode vendere vel alienare voluerint et ipsum dicta Ecclesia vel beneficialis suus pro ea emere voluerit quod liceat ei minus tarenorum decem de pretio quod ex eo inveniri poterit a quocumque emere autem omnes, quem quidem locationem concessionem et omnia et singula supradicta promisit et convenit dictus dominus Cantor pro parte et nomine dicte Ecclesie sue et per solemnem stipulationem dicto emphiteute suo pro se et suis heredibus stipulantibus se solemniter obbligavit ratha et firma habere tenere attendere et inviolabiliter perpetuo observare et contra ipsa vel ipsorum aliquod nullatenus facere vel venire modo seu jure vel aliqua ratione, immo dictum solum dicte terre dicto emphiteota suo et heredibus suis semper legitime defendere guarentiri et manutenere ab omni calumniante persona extranea vel propinqua alta vel humili ecclesiastica vel seculari fisco collegio et universitate, que dictum solum dicte terre ab eodem Simone vel heredibus suis in toto vel in parte calumniare presumpserit aliqua ratione sub hypoteca omnium bonorum dicte Ecclesie sue habitorum et habendorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis

et extra et sub pena unciarum auri decem ad opus ecclesiastice Curie vel secularis et ejusdem Simonis do me predicto Tabellioni pro parte Curie sollemniter stipulante et ab eodem beneficiali sponte promissa cantelis manentibus omnibus supradictis, renunciatis ab eodem beneficiali pro parte et nomine dicte Ecclesie sue super his omnibus et singulis supradictis specialiter et expresse omnibus juribus legibus constitutionibus Regni, novis et veteribus actionibus et exceptionibus doli mali metus, et in factum subsidiarie privilegio fori juribus omnibus scriptis et non scriptis consuetudinariis Canonicis et civilibus et omnibus aliis legum et fori auxiliis quibus contra predicta vel aliquod predictum venire posset et se aliquatenus adjuvare et ea pena soluta vel non omnia et singula supradicta in eorum semper robore perseverent. Fines vero predicte dicte terre sunt hi, ab una parte est domus Notarii Scruodei de Adam et est cortile domine Gubicose uxoris quondam Nicolai Faville ab alia parte est casalinum dicti Simonis de Marco ab alia parte est planum Sancti Jacobi decursu fluminis mediante, et ab alia parte est via publica et si qui alii sunt confines. Unde ad futuram memoriam et tam predicte Ecclesie quam dicti Simonis de Marco et heredum suorum cautelam facta sunt exinde duo publica consimilia Instrumenta per manus meas predicti Tabellionis meo signo signata subscriptione mea predicti Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roborata quorum unum presens est penes dictum Cantorem sub sigillo pendenti et subscriptione dicti Simonis retinendum; quod autem abrasum et superius in tricesima quarta linea ubi legitur facta et per me predictum Tabellionem emendatum pro autentico habeatur. Actum Pan. anno, mense, die, et indictione premissis.

† *Ego Bartolomeus de Morella qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Simon de Marco qui supra predicta fateor et concedo.*

† *Ego Paulus de Ballo Canonicus et Thesaurarius Regie Cappelle Sacri Palacii Pan. subscripsi.*

† *Ego Simon de Incisa Clericus testis sum.*

† Εγὼ Ἰορδάνος τȣ̃ Βρυτζίνȣ Κλίρικος μάρτυρ.

† *Ego Arcurius de Deumilodedi panormitanus ac Sacre Regie Cappelle Palacii ejusdem civitatis Canonicus predictis interfui et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Guarinus de Renda Canonicus Sacre Regie Cappelle civitatis Pan. supradicta testor.*

† *Ego Gullelmus de Rogerio qui supra Clericus* (2) *et publicus Tabellio dicte civitatis Pan. tenimenti sui et majoris Ecclesie Panormitane Diocesis predicta rogatus scripsi et meo signo signavi.*

(2) Multa inveniuntur instrumenta condita a Clericis Panormitanis ex eo quod Rogerius Rex an. 1144, concesserat Ugoni Archiepiscopo Panorm. Tabularium Urbis Panormi; qua propter ab Archiepiscopo Pan. Tabelliones eligebantur Clerici. Desiit haec consuetudo tempore Alphonsi Regis ex cap. 258 ejusdem, *ut Magistratus Regius*, ait Pirrus, *severius ageret in Tabelliones, qui tabulas corrumperent, vel supponerent falsas.*

LXIII.

Inventarium Regiae Capellae Sacri Palatii Panormi.

A. 1309.

In nomine Domini amen (1). Anno salutifere Incarnationis ejusdem MCCCIX mense Decembris, XIX ejusdem VIII Indictionis Regnante Dei gratia Serenissimo Domino nostro Domino Friderico III Regni sui anno quartodecimo feliciter amen. Coram nobis Adam de Cicala Judex Civitatis Panormi Andrea Nicolai de Trapano Diacono publico Tabellione Civitatis predicte, et subscriptis testibus ad hoc vocati specialiter, et rogati prudentes Viri Magister Vita, et Notarius Joannes de Carbonico cives Panormi, nomine, et pro parte Contisse, et Gratie Sororum, et heredum quondam Magistri Pauli de Vallo Thesaurarii regie Cappelle Sacri Palatii Panormi assignaverunt presentialiter Nobili Viro Domini Ogerio de Virzolo ejusdem regie Cappelle Precentori recipienti nomine, et pro parte ejusdem regie Cappelle, et predicti Domini Serenissimi Regis, ad cujus eadem Cappella pertinet dignitatem, res et bona subscripta, ut ad dictum quondam Magistrum Paulum sub tempore sui Thesaurarie Officii ad eum pervenerint. In primis paria quatuor de ferro pro faciendis bostiis (2). Item Tappeta tria vetusta, duo magna, et unum parvum. Item lagenam unam de aere. Item Scrinia duo usitata vacua. Item privilegium unum Regis Rogerii de concessione beneficiorum, et prebendarum eidem regie Cappelle concessarum conscriptum de literis aureis super carta tincta de trito murice, et toto consilio sine bulla, et aliud in membrana carta consimile. Item privilegium unum in carta membrana delatata, in quo continetur immunitas concessa Tranensibus sine bulla. Item bacilia duo de aere. Item candelabra quatuor de aere, quorum tria sunt dissoluta, et aliud integrum. Item candelabra de aere quatuor cum smaltis. Item ampullam unam de aere smaltatam. Item tascas duas de aere. Item pedem unum candelabri de aere fractum. Item turribulum unum de aere vetustum. Item lamparium unum de aere cum ejus catena. Item capita tria parva de aere candelabrorum. Item campanellas duas fractas. Item campanellam unam parvam. Item bacile unum parvum de ere fractum. Item circulum unum parvum de aere habens aliud super circulum. Item Altaretta duo, quorum unum est de porfido, et aliud de marmore albo munita ligno. Item Altaretta duo, quorum unum est de alabastro, et aliud est de Jaspide alba. Item bussuletam unam de ebore. Item privilegium unum habens figuram Virginis Marie in carta membrana de litera greca. Item privilegium unum Regis Gullelmi cum bulla plumbea Agrigentini Episcopi de permutatione Ecclesie Sancti Laurentii (3). Item privilegium unum Domini Gualterii Panormitani Archiepiscopi de concessione Translationis corporum (4) ex Ecclesia Sancte Marie (5) ad locum aliud Panormi cum bulla plumbea. Item privilegium aliud de concessione Casalis Sancti Leonardi de Sac per Abatem Sancti Lau-

(1) Ex autograph. in R. Cap. servato. Dominicus Schiavo hoc ipsum edidit in *Opusc. Sicil.* vol. IX, pag. 93.

(2) Ex alio inventario anno 1310 (quod dabimus suo loco). *Item aliud par parvulum pro faciendis hostiis.*

(3) In alio inventario. *Item privilegium Episcopi Bartholomei Agrigentini, quomodo fiunt permutationes cum Rege Gullelmo de Ecclesia S. Laurentii, et S. Mariae de Missitella.*

(4) Dominorum Regum.

(5) Magdalenae.

rentii de Aversa delatatum cum sigillo pendente de cera comuni. Item privilegium unum de concessione Ecclesie S. Andree per Dominum Petrum Panormitanum Archiescopum cum bulla plumbea. Item quoddam inventarium Africane Ecclesie. Item instrumentum unum exemplatum literarum quondam Caroli I. Item instrumentum testamenti Parisii Clerici Cappelle. Item instrumentum unum de litera greca viridarii Domini Jacobi Panormitani Canonici. Item instrumentum unum de concessione ad Emphiteusim facta Joanne de Masca (6). Item instrumenta octo colligata de diversis concessionibus ad Emphitensim (7). Item rescriptum unum Papale cum bulla plumbea de confirmatione beneficii, quod olim habebat Benvenutus beneficialis. Item privilegium unum de carta tincta conscriptum de litera aurea greca de trito murice, et toto concilio. Item privilegium unum Imperatoris Friderici, quod incipit: *In Principis dextra rerum status*, datum in Civitate Panormi de confirmatione prebendarum, et beneficiorum Regie Cappelle cum sigillo pendonti de cera comuni repositum in capside lignea. Item rescriptum unum Regis Caroli I, de solutione tertiarum, et decimarum cum sigillo pendenti de cera rubea, cujus data apud terram S. Herasmi. Item privilegium unum Imperatoris Friderici tunc Regis Sicilie de concessione Casalis Scupelli S. Marie de Ammirato cum sigillo pendente de cera comuni reclusi in una capside lignea. (8) Item privilegium unum Cathaniensis electi de concessione tertiarum, et decimarum Diocesis. Item rescriptum unum Honorii Pape cum bulla plumbea de confirmatione sententie late pro Ecclesia S. Marie de Ammirato cum bulla plumbea. Item privilegium unum sine bulla de confirmatione privilegii Ecclesie S. Georgii de Kemonia. Item rescriptum unum Honorii Pape de confirmatione sententie late pro eadem Ecclesia S. Marie de Ammirato. Item privilegium unum Imperatoris Friderici de confirmatione, et immunitate Canonicorum ejusdem Cappelle cum sigillo pendente de cera comuni. Item rescriptum unum Honorii Pape cum bulla plumbea commendationis Matthei Philosophi. Item aliud rescriptum Honorii Pape cum bulla plumbea predicti Matthei Philosophi super possessione Ecclesie S. Marie de Ammirato. Item rescriptum unum Regis Caroli I, pro Cantore, et Canonicis cum sigillo de cera rubea. Item rescriptum unum Innocentii Pape cum bulla plumbea: cujus data est apud Lateranum nono Martii. Item rescriptum unum Joannis Pape cum bulla plumbea directum Episcopo Cephaludensi pro Capitulo, et Cantore Cappelle. (9) Item rescriptum unum Honorii Pape cum bulla plumbea pro Mattheo Philosopho. Item rescriptum unum Honorii Pape pro eodem Mattheo cum bulla plumbea. Item privilegium unum ejusdem Pape cum bulla plumbea pro Mattheo. Item privilegium unum Regis Manfredi de immunitate dicte Cappelle a collectis, et exactionibus aliis. Item rescrip-

(6) Add: pro tarenis tribus.

(7) Instrumenta octo forte sunt ista ex alio inventario *Item scriptum unum graecum de emptione domus quae est in Saleo, quam emerat dominus Ansaldus quondam castellanus Palatii. Item scriptum unum arabicum de emptione domus sitae in ruga quae dicitur Birsieke. Item scriptum unum de emptione domus quae est in ruga Chalfuni, quam tenet dominus Albericus. Item scriptum unum graecum de emptione domus sitae in ruga Chalfuni. Item scriptum unum de cambio domus Cantoris Circorii. Item scriptum unum de emptione domus cujusdam parvulae in ruga quae dicitur Zuca Killkes. Item scriptum unum latinum et arabicum de concessione alicujus terrae pro faciendo stabulo de terra S. Andree Bebilimne concesse Goyto Joanni. Item scriptum unum de emptione domus site in ruga Chalfuni.*

(8) Datum die 15 Augusti III Indictione 1220 Fridericus II. Caesar ad sumptus belli substentandos, de templo D. Mariae de Admirato sacra vasa aurea et argentea quibus erat dotatum abstulit; pro quorum restitutione casale Scopellum cum suis pertinentiis templo dedit. Pirrus in *Notit. Capellae Reg.* pag. 1359.

(9) Basilius Cantor Reg. Cap. relaxaverat Rev. Episcopo Cephaleditano Ecclesiam S. Mariae de Palilio quam Fridericus Imperator uoivgrat Ecclesiae S. Petri; ut ex Tabular. Ecclesiae Cephal. 1256. Pirri *Not. Reg. Cap.* p. 1360.

tum unum Panormitani Capituli cum sigillo de cera comuni. Item privilegium unum Imperatoris Friderici de immunitate a collectis, et exactionibus cum sigillo pendenti de cera comuni. Item privilegium unum de litera greca de quadam domo S. Marie de Ammirato cum bulla plumbea. Item privilegium unum de litera greca de confirmatione S. Marie de Ammirato. Item instrumentum unum Panormitani Capituli cum sigillo de cera pendenti. Item instrumentum unum Domini Cari Montis regalis Archiepiscopi in carta de papiro cum sigillis quinque. Item instrumentum missum ab Hominibus Nicosie cum sigillis de cera pendentibus quatuor. Item privilegium unum de litera greca sine sigillo de contractu Ecclesie S. Marie de Ammirato. Item instrumentum unum Messanensis Decani cum sigillis duobus de cera pendentibus. Item rescriptum unum Regis Caroli I. pro Cantore, et Capitulo cum sigillo pendente de cera rubea. Item instrumentum unum de concessione beneficii Andree de Leonardo. Item instrumentum unum Jaconi Joannis, et Thomasii de Caro de tertiaria Caccabi. Item rescriptum Regis Caroli I. pro Canonicis, et Cantore Cappelle cum sigillo de cera rubea fracto. Item instrumentum unum pro tertiaria Geracii. Item privilegium unum de confirmatione privilegiorum ejusdem Cappelle de cera rubea sigillato Imperatoris Henrici. Item instrumentum unum pertinens ad S. Mariam de Ammirato. Item instrumentum unum Domini, qui fuit Episcopus Doinnuni in ruga Zavaoylkes. Item instrumentum unum de tertiaria Calatabuturi. Item instrumentum unum pertinens ad Ecclesiam S. Marie de Ammirato de domo propinqua ejusdem Ecclesie. Exempla quarumdam litterarum regiarum cum sigillis quatuor de jure Nicosie. Item carta una de membrana, qua scripta sunt quedam collectiva per Reginam Sicilie, et Calabrie de possessionibus Ecclesie. Item instrumentum unum de tertiaria Salem. Item litere Ricordii Camerarii directe Cantori, et Capitulo sigillate de cera comuni. Item litere Imperatoris pro Cantore Cappelle. Item carta una de papiro Domini Gualterii Panormitani Archiepiscopi sigillata de cera rubea. Item scriptum unum Imperatoris Friderici tunc Regis Sicilie de molendino Booagie cum sigillo parvo de cera comuni. Item et alie multe littere de papiro cum diversis sigillis super concessionibus, et immunitatibus privilegiorum dicte Regie Cappelle. Item cassia una magna eburnea depicta, in qua est major pars dictorum privilegiorum, et literarum. Item olim ultimo die mensis Novembris proximi preteriti presentis octave Indictionis prefati Magister Vita, et Notarius Joannes nomine, et pro parte dictarum Mulierum Contisse, et Gratie Sororum, et heredum dicti quondam Magistri Pauli assignaverunt presentialiter eidem Domino Cantori recipienti nomine, et pro parte dicte Regie Cappelle, prout superius dictum est, res, et bona subscripta, ut ad dictum quondam Magistrum Paulum sub tempore sui Thesaurarie officii ad eum pervenerunt. In primis Collectarium (10) unum parvum. Item Psalteria duo. Item Antiphonaria duo. Item Collectarium unum. Item Homiliam unam, que incipit: *Propitiatio divinitatis fratres dilectissimi;* et finis: *Quia Dominus, ac Redemptor.* Item aliam Homiliam Sanctorum, que incipit: *Ego sum vitis vera;* et finis: *Nec solum in Apulia, verum in Calabria.* Item Gradualia duo. Item partem Bibliae, que incipit. *Paralipomenon* usque ad quandam partem Prophetarum. Item Breviarum unum nigrum. Item Vitas Patrum. Item Troparium unum. Item Evangelistarium unum. Item Homiliam unam, que incipit: *Propitia divinitate fratres charissimi;* et finis: *Iterum gaudii.* Item librum unum, qui incipit: *Liber generationis;* et finis: *Undecim Discipuli abierant.* Item Martyrologium unum par-

(10) Liber in quo missarum collectae continentur. Macri *Vocab. Eccles.*

vum. Item librum unum magnum, qui incipit: *Isaie, Isaac*; et finis: *Auctor humani generis.* Item quinternos undecim legende Sanctorum. Item librum unum magnum, qui incipit: *Servus Augustini*, cujus rubrica: *Dominica prima de Adventu.* Item librum unum nigrum, qui incipit: *Propitia divinitate fratres charissimi*; et finis: *Capitulum iterum gaudii Evangelia.* Item librum unum, qui incipit: *Cum autem descendisset Joannes*: et finis: *Rectè Ecclesie festa colunt.* Item quinternum unum, qui incipit: *Ante diem festum.* Item quinternos duos, quorum alter incipit: *Domine Dominus noster.* Item instrumentum unum inquisitionis, quod incipit: *In nomine*, et sequitur in eo: *Nos Maurus de Sulmona.* Item privilegium unum cum sigillo Regis Caroli, quod incipit: *Carolus etc.* cujus data in Lacum pensulem. Item Graduale unum. Item Troparium unum. Item Pontificale unum. Item Breviarium unum totius anni, et incipit: *In novissimis diebus*; et finis: *Fidelium Deus.* Item Collectarium unum. Item Pontificale unum. Item Martyrologium unum (11), quod incipit: *Circumcisio Domini*; et finis: *Plurisque subditis.* Item librum unum, qui incipit: *Deus, qui in tantis periculis constitutos*, qui liber consistit in quinternis vigintiquinque. Item manuale unum. Item Breviarium unum scaternatum. Item Pontificale unum cariosum in marginibus. Item Breviarium unum. Item Parabolam Salomonis de secunda parte Biblie. Item thuribula duo de argento. Item navectam unam de argento cum coclearia una de argento. Item ampullas duas de argento. Item cossinum unum de panno aureo. Item frisum (12) unum pro amicto. Item tobaleam unam cum listis de seta corrosam. Item casulam unam de purpura. Item pallium unum de panno aureo ad arma Domini nostri Regis (13). Item pallium unum de panno aureo ad Leones, et Aquilas (14). Item pannum unum de panno de seta ad rosas. Item pallium unum de seta de mizanini ad aves. Item tunicam unam de panno deaurato super seta violacea Item cappam unam de sammito rubeo ad lunas jalinas, et ad vitulos. Item tunicam unam deauratam super seta violacea ad vitulos, et nodos. Item cappam unam de panno aureo usitatam ad aquilas, et alias aves. Item cappam unam vetustam super sammito rubeo deaurato ad aves, et vites. Item cappam unam de panno aureo albam ad aquilam cum duobus capitibus. Item cappam unam ejusdem panni ejusdem laboris, vel operis. Item cappam unam vetustam deauratam super seta rubea ad aviculas, et alias operas. Item aliam cappam de panno aureo laboratam ad rotas liliorum cum listis in pectore ad rosas, et ad crucem. Item Dalmaticam unam de panno aureo super seta violacea ad aves, et vites. Item pallium unum usitatum de Mizanino ad Griphones, et Leones. Item casulam unam de seta rubea tamaziatam, in qua est institutum novum testamentum. Item cappam unam celestrinam cum rotis in pecture. Item cappam aliam ejusdem coluris laceratam virgatam de seta. Item casulam unam veterem de seta diversorum colorum, in qua sunt magne aquile ad duo capita. Item dalmaticam unam de purpura ad cruces jalinas. Item cappam unam de seta viridi, et violacea cum rotis magnis ad Griphos, et Elephantes Item cappam aliam ejusdem coloris ad rotas cum Leonibus barbatis. Item tunicam unam de Sammito rubeo. Item casulam unam de Sammito violaceo, et viridi versicolorea cum listis de auro (15). Item casulam unam de panno aureo

(11) Hoc Martyrologium vel alterum in inventario paulo post memoratum invenitur in bibliotheca publica hujus urbis; de quo conscripsit eruditissimam Epistolam, clariss. Nicol. Buscemi in *Biblioth. Sacra* vol. I, pag. 15.

(12) Vel fresium taeniae, quae vestimentorum oris ornatus causa adsuuntur; quod nos patrio sermone *friscio* dicimus.

(13) Id est, cum armis Regis depictis.

(14) Ita dictum cum in panno Leones aut Aquilae acu pictae vel contestae effingebantur. Idem intelligendum ad rosas, ad lilios, ad aves etc.

(15) Scilicet aureis vittis.

super panno celestioo infoderatam de ciudato rubeo. Item frisnm unum pro casula. Item albas quinque cum stolis, amictis, et manipulis. Item albam unam novam. Item linteamen unum ad opus Crucifixi. Item frontale unum pro Altare super tobalea cum friso Dom'ni nostri Regis. Item Altarectum unum (16). Item tobaleam unam parvam de glimpera ad opus patene.

Item olim decimo die mensis Decembris proximi preteriti hujus octave Indictionis prefati Magister Vita, et Notarius Joannes nomine, et pro parte dictarum Mulierum Contisse, et Gratie Sororum, et heredum predicti quondam Magistri Pauli assignaverunt presentialiter eidem Domino Cantori recipienti nomine, et pro parte ejusdem Regie Cappelle, prout superius dictum est, res, et bona subscripta, ut ad dictum quondam Magistrum Paulum sub tempore sui Thesaurarie officii ad eum pervenerunt. In primis casulam de purpuro jalino delaceratam vetustam cum listis. Item aliam casulam de sammito jalino listiatam. Item casulam aliam vetustissimam diversis coloribus ad pavones. Item cappam unam de seta virgatam cum frisis. Item cappas duas veteres de sammito jalino cum rosis. Item dalmaticam unam de sammito albo de rosis de auro. Item tunicam unam de sammito viridi virghiatam de seta alba usitatam. Item casulam unam de cindato nigro infoderatam de brattiramine cum frisis. Item alias quatuor, quorum tres sunt cum stolis, manipulis, et amictibus, et alia est sine stola. Item calices duos argenteos, quorum unus est deauratus intus, et parum extra, et alium deauratum in totoio cum patenis eorum. Item Crucem unam de ferro coopertam de argento cum bottonis de argento deauratis. Item pallium unum, seu mappa positum ante Altare magnum de sammito rubeo deaurato. Item pallia duo de sammito laborata ad Leones, et Oves, quibus tegitur super Altare predicto. Item tobaliam unam cum frontale ad lilia jalina, et alios labores. Item super predict. Altare tobaleas tres alias de lino subtiles. Item candelabra magna de ere quatuor, quorum duo sunt sine pedibus (17). Item candelabra duo de ferro. Item candelabra parva de aere quatuor. Item pallium unum, et tobaliam unam usitata, deputata ad usum Altaris S. Pauli Item iconas duas de ligno S.ᵗ Angeli Item iconam unam Domini nostri Jesu Christi. Item iconam aliam Sancte Marie. Item aliam iconam S. Joannis Baptiste. Item cassiam unam vacuam de ebore ad modum Templi cum cruce de ebore desuper (18). Item cassiam aliam de ebore vacuam, et est supertexta de ebano munitam de aere. Item aliam iconam parvam Beate Marie cum Domino Jesu Christo. Item iconam unam ad figuras Sanctorum, et Sanctarum argenteam deauratam. Item iconam unam de ligno S. Georgii ad musias. Item Crucem unam de ferro, que dicitur ensis S. Constantini cum buttonis de argento, et cristallo in medio (19). Item iconam unam parvam cum imagine S. Marie cum ligno Domini. Item iconam unam de ere cum imagine Jesu Christi. Item aliam iconam cum Cruce Domini Jesu Christi ejusdem operis cum imagine S. Marie, et Beati Joannis Baptiste. Item brachium unum ligneum, in quo sunt reliquie B. Agathe. Item cannatam unam de porfido cum manicis munitam in ore de argento deaurato (20). Item Calicem unum magnum de

(16) Scilicet lapidem sacrum Altaris.

(17) In alio inventario sic. *Item candelabra alia decem, quorum duo sunt in Ecclesia S. Mariae Magdalenae, et alia duo ex ipsis sunt fracta.*

(18) Adde: *in qua reponitur Eucaristia.*

(19) Hoc ense accinctos fuisse Siculos Reges in coronatione sua incompertum est. Etenim Martinus Aragonum secundus Rex Pontium de Thaust Archidiaconum Caesaragustanum destinavit in Siciliam ad filium suum Regem, ut ab eo eusem Imperatoris Costantini in Sacello Regio S. Petri Panorm. diu asservatum pro suae coronationis solemnitate exposceret anno 1399. Surita t. 10, c. 59. citatus a Pirrò in *Chronol.* p. 69.

(20) In alio inventario sic: *Phiala de porfido cum manicis vacua.*

argento deauratum cum patena sua. Item cassias eburoeas octo cum reliquiis Sanctorum. Item cassiam unam magnam de ebore, in qua sunt cassette de ebore novem cum reliquiis Sanctorum. Item iconas duas parvas super lapide cumchilo, quarum in una est depictum Sepulcrum Domini Jesu Christi, et in alia sunt depicti duodecim Apostoli cum Christo orante io monte. Item iconam unam ligneam Beate Marie Virginis. Item bussulam unam, in qua sunt reliquie Cranii Sancti Coni. Item croctam unam S. Cathaldi de ebore totam insertam lapidibus vitreis. Item Crucem unam eream cum lapidibus vitreis. Item iconam unam de argento, in qua est de ligno Domini coopertam de argento. Item altarectum unum de ligno viaticum, cum tabula de ebore in medio. Item quaternum unum de papiro, in qua scripta est pars inventarii, quod scribere incepit quondam Bernardus Fores olim Cantor ejusdem Cappelle (21), in quo sunt particulariter scripte reliquie Sanctorum. Item librum unum magnum Epistole B. Pauli, et expositiones Evangeliorum. Item pallium unum de seto viridi, et rubea ad Leones de auro vetustum. Item missale unum vetus cum coperta de corio nigro vetustissima, quod incipit: *In illo tempore: postquam consummati sunt dies octo*: et finis: *Omnipotens sempiterne Deus, cui numquam sine spe.*

Unde ad futuram memoriam, et tam predicte Regie Cappelle, quam dicti Domini Cantoris, et dictarum sororum, et heredum dicti quondam magistri Pauli certitudinem, et cautelam, et fidem apud alios in posterum faciendam facta sunt duo publica, et consimilia instrumenta per manus meas predicti Tabellionis signo meo solito, et subscriptione mea, qui supra io dictis subscriptionibus, et testimonium communita, quorum unum presens factum est ad cauthelam dicto Regie Cappelle in Archivio ipsius Regie Cappelle conservandum, alterum vero eisdem sororibus, et heredibus quondam Magistri Pauli extitit assignatum. Scriptum Panormi anno, mense, et indictione premissis.

† *Ego Nicolaus de Trapano Diaconus publicus Tabellio Civitatis Panormi, qui supra, rogatus scripsi, et meo signo consueto signavi.*

Testes Judex Philippus de Castrono, Notarius Petrus frater ejus, Judex Bartholomeus de Surella, Mattheus de Guidaifo, Judex Gerardus de Alimena, Judex Simon de Benincasa, Subcentor Nicolaus frater ejus, Simon de Iucisa Clericus, Presbiter Guarinus de Cercoidi, Galienus de Capua Clericus, Judex Rogerius de Caristono, Notarius Bartolomeus de Senca Tabellio, Andreas de Subcantore Clericus, Nicolaus de Gurguna Clericus, Philippus de Mastro Antonio Clericus.

(21) Anno 1307.

LXIV.

Instrumentum publicationis Inventarii Reg. Capellae tempore Caroli Regis redacti.

A. 1310.

In nomine Domini amen(1). Anno a Nativitate ejusdem millesimo tricentesimo decimo, quintodecimo die mensis Martii octave Indictionis Regnante Dei gratia Serenissimo domino nostro domino Rege Friderico Tertio Regni sui anno quartodecimo feliciter amen. Nos Aldensius de Lanfredo Judex civitatis Panor. Bartholomeos de Joanne publicus Tabellio civitatis ejusdem, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter, et rogati presenti scripto publico notum facimus, et testamur, quod Rever. vir dominus Ogerius de Virzolio Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi Precentor faciens nos apud eamdem Regiam Cappellam coram suî presentia personaliter accersiri exposuit nobis pro parte ipsius Cappelle oporteret ipsum penès se publicatam habere formam inventarii de bonis, et rebus Thesauri eisdem Cappelle factum per manus meas predicti Tabellionis tempore quondam Regis Caroli Primi, et requisivit nos ex parte Regia nostrum qui supra Jodicis, et Tabellionis officium implorandu, ut cum quesito per eum intus scripta, et instrumentum que erant in Thesauro predicto scripto seu instrumento ejusdem Inventarii scriptum ipsum non fuerit inventa Nota seu Protocollum predicti Inventarii intus acta mei predicti Tabellionis inquirere, et invenire, et ea inventa judiciaria auctoritate interposita, et per manus meas predicti Tabellionis in forma publica tam ad sui, et ejusdem Cappelle cautelam, quam fidem apud omnes exinde faciendam redigere, et translatare velimus. Nos autem ipsius reqnisitionibus ex parte Regia nobis factis devote presentes quia qoesita et inventa per me, qui supra Tabellionem intus acta mei officii Tabellionatus predicti temporis dicti Regis Caroli Primi predicta Nota, seu scheda, vel prothocollo predicti inventarii notati, et scripti per manus meas predicti Tabellionis ipsam de verbo ad verbum nihil in ea addito, vel mutato, seu etiam diminuto judiciaria autoritate interposita, et per manus meas predicti Tabellionis tam ad predicti domini Precentoris, et Cappelle predicte cautelam quam fidem apud omnes exinde faciendam in presens publicum redegimus instrumentum, ut tanta fides adhibeatur presenti scripto quaota adhiberetur originali inventario supradicto. Cujus predicte Note, seu protocolli tenor per omnia talis est. Quintodecimo die mensis Decembris VI Ind. (2). Coram nobis etc. Venerabile Capitulum Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi volens Inventarium facere de bonis omnibus ejusdem Cappelle existentibus tam in Thesauro ipsius Cappelle quam in eadem Cappella, que sub custodia Martini Francigena de Tylicastro Clerici ejusdem Cappelle custodis deputati ad cautelam videlicet dicti Capituli et Cappelle predicte accersiri fecit ad se eumdem Martinum Francigenam, ad cujus Capituli predicti mandatum et requisitionem prefatus Martinus in nostrorum dictorum Tabellionis, et testium presentia predicta bona ut inferius sunt notata eidem capitulo presenti, et recipienti personaliter resignavit, que litera subscripta est hec. In primis etc. (3).

(1) Ex autogr. in R. Cap. servato.

(2) Anno 1277.

(3) Descripta in hoc Inventario fere eadem sunt, quae relata habentur in praecedenti; nos in quo differunt subscripsimus in illis notis.

Testes Joannes de Claro, Presbiter Bernardus, Petrus Sacrista, Andreas de Subcentore, Gullemus Panis et Vinum, Judex Michael de Renda, Nicolaus de Puteo Beneventanus, Gullelmus Cheppa, Presbiter Jacobus de Aprucio, Paganus Muscullini. Unde ad futuram memoriam, et tam predicti domini Precentoris, et dicte Regie Cappelle cautelam, quam fidem apud omnes ex inde faciendam presens scriptum sumptum ex predicta originali Nota seu protocollo de verbo ad verbum transumptum ex inde factum est per manus meas dicti Tabellionis nostro signo signatum nostri qui supra Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Actum Panormi.

† *Ego Alderisius de Lanfredo qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Joannes de Silvestro Succentor Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi testis sum.*

† *Ego Presbiter Andreas de Agrunto testis sum.*

† *Ego Presbiter Nicolaus de Notario Joanne testis sum.*

† *Ego Michael de Petro, Clericus Regie Cappelle Sacri Palacii Panormi testis sum.*

† *Ego Bartolomeus de Joanne publicus Panormi Tabellio rogatus scripsi et meo signo signavi.*

LXV.

Instrumentum concessionis terrae ad Cantoriam pertinentis.

A. 1317.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo septimo decimo mense Jannarii primo ejusdem prime Indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Rege Friderico Dei gratia inclito Rege Sicilie Regno vero ejus anno vicesimo secundo feliciter amen. Coram nobis Ptolomeo de Capua Judice felicis urbis Panormi Rogerio Zuccarino Regio publico ejusdem felicis urbis Panor. Notario et testibus subscriptis ad hoc vocati specialiter et rogati Reverendus dominus Ogerius de Verzolio Cantor Regie Cappelle Sacri Palacii ejusdem Urbis Pan. nomine et pro parte ipsius Cantorie ejusdem Regie Cappelle volens utilitatem dicte Cantorie in hac parte et commodum pertractare, sponte per se et nomine ipsius Cantorie dedit et concessit Aldoyno de Milacio civi ejusdem urbis presenti pro se et heredibus suis in perpetuum quamdam partem cujusdam pecie terre vacantem ejusdem Cantorie sitam in tenimento ejusdem urbis in contrata Indulcie subscriptis finibus limitatam cum accessibus et egressibus suis ac Juribus omnibus rationibus et justis pertinentiis suis ad octavam partem fructuum arborum et uvarum, sub pactis et conditionibus infrascriptis. Ut quod dictus Aldoynus tenetur et promisit per se et ejus heredes eidem domino Cantori nomine et pro parte Cantorie stipulanti in ipsa parte ejusdem pecie terre plantare seu plantari facere in ea et in totum vites et arbores fructiferas propriis suis sumptibus et expensis infra sex annos a proximo futuro primo mensis Septembris anni secunde indictionis in antea numerande infra quem terminum predictorum sex annorum dictus Aldoynus aut he-

(1) Ex autogr. in membran. R. Cap.

redes sui tenetur solvere in festo Beati Petri de mense Junii eidem domino Cantori seu successoribus suis nomine et pro parte dicte Cantorie quolibet anno dictorum sex annorum nomine census seu recognitionis tarenos auri unum ponderis generelis ita quod in fine dictorum sex annorum, sit dicta pars ejusdem pecie terre plantata ut est dictum; finito vero termino dictorum sex annorum solutio dicti census seu recognitionis cessabit, et a sequenti septimo anno in antea teneatur dictus Aldoynus vel heredes ejus dare tradere et assignare idem domino Cantori vel successoribus suis nomine et pro parte dicte Cantorie quolibet anno octavam partem integram uvarum dicte vinee in cbessira ipsius vinee tempore vindemie, nec non et octavam partem fructuum arborum ejusdem vinee in ipsa vinea tempore congruo libere in perpetuum. Item quod non liceat etiam ipsi Aldoyno vel heredibus suis ipsam vineam alicui vendere nisi primo requisiverit ipsum dominum Cantorem vel successores suos nomine et pro parte ejusdem Cantorie et si ipsum emere voluerit minus tarenis auri quindecim ponderis generalis de precio quod haberi poterit a quocumque sibi vendere teneatur. Item quod dictus Aldoynus vel heredes sui vel quicumque alius pro eis ipsam terram seu vineam plantandam in ea nulli alteri Ecclesie Militi Baroni vel potenti persone vendere dare seu judicare debeat, si casus acciderit nisi tantum dicto domino Cantori vel successoribus suis nomine et pro parte ejusdem Cantorie. Si vero propter defectum et negligentiam ipsius Aldoyni vel heredum suorum dicta vinea plantata inculta remanserit, sic quod penitus devastetur dicta terra cum beneficio in eo facto ad dominium dicti domini Cantoris vel successorum suorum nomine et pro parte ejusdem Cantorie libere revertatur exceptione aliqua non obstante. Dictus vero dominus Cantor predictam partem ejusdem pecie terre ipsius Aldoyni se constituit de cetero possidere donec idem Aldoynus per se vel alius ejus nomine ipsius pecie terre possessionem aprehenderet corporalem. Quam intrandi et capiendi auctoritate propria non exquisito consensu ipsius domini Cantoris; idem dominus Cantor eidem Aldoyno liberam licentiam et auctoritatem dedit dans et concedens deinceps dictus dominus Cantor nomine et pro parte ejusdem Cantorie eidem Aldoyno et suis heredibus plenam licentiam et omnimodam potestatem predictam terram seu vineam plantandam in ea habendi tenendi perpetuo et semper possidendi dandi vendendi alienandi et pro alia judicandi et faciendi de ea et in ea totum velle et desiderium suum et heredum suorum. Salvo nihilominus octava parte uvarum et fructuum arborum et vitium ipsius vinee anno quolibet ut predictorum persolvendorum. Preterea promisit et convenit dictus dominus Cantor nomine et pro parte ejusdem cantorie stipulanti super donationem et concessionem presentem litem nec questionem movere nec etiam molestare, sed dictam terram cum omni beneficio in ea facto ipsi Aldoyno et heredibus suis legitime defendere et manutenere ac tueri ab omni calumniante persona et universitate que dictum Aldoynum aut heredes suos seu quemcumque dictam vineam possident, presumpserit exinde aliquatenus molestare sub hypoteca omnium bonorum dicte Cantorie. Fines vero dicte partis ejusdem pecie terre sunt hii ut ab una parte est vinea Joannis Favilla ab alia parte est vinea Nicolai de Calataphimo via publica mediante qua itur ad Ecclesiam Sancte Barbare ab alia parte est quedam pecia terre ejusdem Cantorie et ab alia parte est quedam pecia terre ejusdem Cantorie concessa olim ad plantandum Petrono de Truppia et si qui alii sunt confines. Unde ad futuram memoriam et tam predicti domini Cantoris nomine et pro parte ejusdem Cantorie quam predicti Aldoyni et heredum suorum cautelam facta sunt exinde duo publica consimilia instrumenta quorum unum scilicet presens as-

signatom est eidem domino Cantori oomioe et pro parte ipsius Caotorie ad cautelam suam et soccessorum soorum, reliquo penes predictum Aldoynum exinde remaoeote. Scripta per manos mei predicti Notarii poblici meo sigoo sigoata mei qui supra Judicis subscriptione nec non et predicti domini Cantoris nomine et pro parte predicte Cantorie subscriptione et aliorum subscriptorum testium subscriptionibus et attestatiooibus roboratum. Scriptum Pao. anno, die, mense et indictione premissis.

† *Ego Judex Ptolomeus de Capua qui supra Judex me subscripsi.*
† *Ego Joannes de Farrasio testis sum.*
† *Ego Robertus de Laurentio testis sum.*
† *Ego Belingerius de Paursa testis sum.*
† *Ego presbiter Thomasius de Sancta Agata testis sum.*
† *Ego Mattheus de Milacio testis sum.*
† *Ego Riccardus de Meneo testis sum.*
† *Ego Petronus de Marchisio testis sum.*
† *Ego Rogerius Zuccarinus qui supra regius publicus felicis Urbis Pan. Not. presens scriptum publicum rogatus scripsi et solito meo signo signavi.*

Testes Robertus de Gelo, Joannes de Farrasio, Thomas de Sancta Agata Belingerius de Paursa, Riccardus de Meneo, Petronus de Marchisio.

LXIV.

Instrumentum concessionis terrae ad Cantoriam pertinentis.

A. 1317.

In nomine Domioi amen (1). Anoo Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo septimo decimo mense septembris undecimo ejusdem, prime indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Rege Friderico Dei gratia ioclito Rege Sicilie regni vero ejus anoo vicesimo secuodo feliciter ameo. Coram nobis Ptolomeo de Capua Judice fel. Urbis Panor. Rogerio Zuccarino Regio publico ejusdem felicis Urbis Panor. Not. et testibus subscriptis ad hoc vocatis specialiter et rogatis Reverendus dominus Ogerius de Verzolio Regie Cappelle Sacri Palacii ejusdem Urbis Panor. Cantor nomine et pro parte ipsius Cantorie ejusdem Regie Cappelle voleos utilitatem dicte Cantorie in hac parte et comodum pertractare sponte pro parte et nomine predicte Cantorie dedit et concessit Petrono de Tuscia civi ejusdem Urbis Panormi presenti pro se et heredibus suis in perpetuum quamdam partem cojusdam pecie terre vacuam ejusdem Cantorie sitam in tenimento ejusdem Urbis in contrata Indulcia subscriptis finibus limitatam cum accessibus et egressibus ac juribus omnibus rationibus et justis pertinentiis suis ad octavam partem uvarum sub pactis et condictionibus infrascriptis videlicet qood dictus Petronus tenetor et promittit per se et ejus heredes eidem Cantori nomioe et pro parte predicte Cantorie stipulanti in ipsam partem ejusdem pecie terre plaotare seu plantari facere in ea io totum vites et arbores fructiferas propriis sois sumptibus et expensis infra sex annos videlicet a primo Septembris proximi futuri aooi secuode iodictioois in antea oumerandi iufra quem terminum predictum

(1) Ex autogr. in R. Cap. servato.

sex annorum dictus Petronus ant heredes sni tenentnr solvere eidem Cantori nomine et pro parte ejusdem Cantorie vel ejus successoribus quolibet anno ipsorum sex annorum nomine census seu recognitionis tarenum auri unum et granas decem ponderis generalis, ita quod in fine dictorum sex annorum sit dicta pars ipsius pecie terre plantata ut est dictum, finito vero termino dictorum sex annorum soluptio dicti census seu recognitionis cessabit et a sequenti septimo anno in antea teneatur dictus Petronus vel heredes ejus dare tradere et assignare quollbet anno eidem Cantori vel successoribus suis nomine et pro parte predicte Cantorie octavam partem integram uvarum dicte vinee in chessira ipsius vinee tempore vendemiarum libere in perpetuum. Item quod non liceat cum ipsi Petrono vel heredibus suis ipsam vineam alicui vendere nisi primo requisiverit ipsum Cantorem vel ejus successores nomine et pro parte ipsius Cantorie et si ipsam emere voluerit minus tarenis auri decem de pretio quod haberi poterit a quocumque sibi vendere teneatur ita quod dictus Petronus aut heredes sui vel quicumque alius pro eis ipsam terram seu vineam plantandam in ea nulli alteri Ecclesie militi baroni vel potenti persone vendere dare seu judicare debeat si casus acciderit nisi tantum dicto Cantori vel suis successoribus nomine et pro parte ejusdem Cantorie, si vero propter defectum et negligentiam ipsius Petroni vel heredum suorum dicta vinea plantata inculta remanserit, ita quod penitus devastetur dicta terra cum beneficiu in ea facto ad dominium dicti Cantoris vel successorum suorum nomine et pro parte ejusdem Cantorie libere revertatur exceptione aliqua non obstante dictus vero Cantor predictam partem ejusdem pecie terre ipsius Petroni se costituerit de Cetero possidere donec idem Petronus per se alterum ejus nomine ipsius pecie terre possessionem apprehenderit corporalem quam intrandi et capiendi auctoritate propria non exquisito consensu ipsius Cantoris. Idem Cantor eidem Petrono liberam licentiam et auctoritatem dedit et concessit, dans et concedens deinceps dictus Cantor nomine et pro parte ejusdem Cantorie eidem Petrono et suis heredibus liberam licentiam auctoritatem et plenariam potestatem predictam terram seu vineam plantandam in ea habendi tenendi perpetuo et semper possidendi dandi vendendi alienandi et pro alia judicandi et faciendi de ea et in ea totum velle et desiderium suum et heredum suorum salvo nihilominus octava parte uvarum ipsius vinee anno quolibet ut predicitur persolvenda. Propterea promisit et convenit dictus Cantor nomine et pro parte dicte Cantorie stipulanti super donacionem et questionem presentem litem nec questionem movere nec eum molestare sed dictam terram cum omni beneficio in ea facto ipsi Petrono et heredibus suis legitime defendere et manutere ac tueri ab omni calumniante persona et universitate quem dictum Petronium aut heredes suos seu quemcumque dictam vineam possederit presumpserit ex inde aliquatenus molestare sub hypoteca omnium bonorum dicte Cantorie. Fines vero dicte partis ejusdem pecie terre sunt hii, videlicet ab una parte est vinea Nicholai de Calathaphimo via publica mediante ab alia parte est vinea Joannis Favilla, ab alia parte est quedam pecia terre Barbare mulieris uxoris quondam magistri Gullelmi Catabori balestarii et ab alia parte est quedam alia pecia terre ejusdem Cantorie conjunta dicte terre, et alia via magna publica unde dicta pars ejusdem pecie terre habet introitum et exitum suum et si qui alii sunt confines. Unde ad futuram memoriam et tam predicti Cantoris nomine et pro parte ejusdem Cantorie quam predicti Petroni et heredum suorum cantelam facta sunt ex inde duo publica consimilia instrumenta quorum unum scriptum presens assignatum est eidem Cantori nomine et pro parte ipsius Cantorie ad cautelam suam, reliquo penes predictum Petronum exinde remanente

scripta per manus mei predicti Notarii meo signo signata mei qui supra Judicis subscriptione nec non et predicti Cantoris nomine et pro parte predicte Cantorie subscriptione et aliorum subscriptorum testium subscripticnibus roborata. Scriptum Pan. anno, die, mense, et indictione premissis.

† *Ego Judex Ptolomeus de Capua qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Ogerius de Verzolio Cantor Regie Cappelle Sacri Palacii fel. Urbis Pan. qui supra predicta concedo et confirmo et me subscripsi.*

† *Ego Symon de Incisa Clericus Regie Capp. Sacri Palacii Pan. testis sum.*

† *Ego Vitalis de Laurentio Diaconus testis sum.*

† *Ego Franciscus de Muscra Clericus Regie Capp. Sacri Palacii testis sum.*

† *Ego Paganus de Milicosi testis sum.*

† *Ego Angelus de Codi testis sum.*

† *Ego Nicholaus de Bono Joan. testis sum.*

† *Ego Rogerius Zuccarinus qui supra regius publicus fel. Urbis Pan. Not. presens publicum Instrumentum rogatus scripsi et solito meo signo signavi.*

Testes Not. Symon de Incisa Clericus, Thiceus de Mazara, Angelus de Actade, Vitalis de Laurentio de Gelo, Clericus Nicholaus de Bono Joan., et Paganus de Milicosi.

LXVII.

Instrumentum census domus quae est in Syralcadio quam tenet Robertus Feta pro tarenis tribus ab Ecclesia Sanctae Mariae de Admirato.

A. 1318.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo decimo octavo mense Septembris quinto ejusdem secunde indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Friderico Dei gratia inclito Rege Sicilie sui felicis regiminis anno vicesimo tercio feliciter amen. Nos Philippus de Consihili Judex felicis urbis Pan. Notarius Gullelmus de Rogerio regius publicus ejusdem felicis urbis Pan. Notarius et subscripti testes ad hoc specialiter rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod Rogerius Sclavus et Comissa Jugales cives Panormi de bona gratuita et spontanea voluntate eorum nemine eos cogente nec vi dolo metu vel fraude intervenientibus cum consensu Orlandi et Jacobini filiorum eorum qui pennam mei predicti Notarii in presenti contractu consensus nomine tetigerunt verum felicis urbis Pan. et in presentiam et cum consuetam notitia et consensu ac voluntate ac permissione domini Ogerii de Verzolio venerabilis Cantoris Cappelle Sacri Regii Palatii dicte felicis urbis Pan. et beneficialis Ecclesie Sancte Marie de Ammirato Pan. presentialiter ad hec et consentente expresse ut patet inferius per subscriptionem suam et ex ipsa caussa venditionis habere jure proprio concesserunt Robberto de Feta concivi eorum et suis heredibus coram nobis habere ad annos viginti novem a predicto

(1) Ex autograph. in R. Cap. servato.

die in antea numerandos quamdam domom eorum terraneam censualem dicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato site in dicta felici urbe Pan. in quarterio Syralcadii Pan. in ruga Judicis Saladini de Sergio subscriptis finibus limitatum cum accessibus et egressibus suis et cum omnibus Juribus rationibus Justiciis et justis pertinentiis suis et com omnibus et singulis qui supra se seu intra se aut infra se et in integrum continentur omnique Jure et actione uso vel requisitione ejusdem venditoribus ex predicta domo vel pro ipsa modo aliquo pertinente seu etiam spectante et cum onere census tarenorum auri trium ponderis generalis debitorum ex ea anno quolibet dicte Ecclesie Sancte Marie pro pretio et in integro pagamento onciarum auri quatuor ponderis generalis quas dicti venditores presentes et hoc petentes dicto emptori sponte et sollemniter confessi sunt se recipisse et integre habuisse ab eodem emptore pro causa predicta exceptioni non numerate ipsius pecunie non ponderate non habite nec recepte et sibi non tradite nec solute spei future onmerationis et receptionis et exceptiooi doli mali metos et in fidem dicti venditores super hoc renunciaverunt expresse; quam quidem domum cum Juribus et pertinentiis suis dicti venditores se pro parte et nomine dicti emptoris constituerunt possidere donec corporalem possessionem dictus emptor aprehenderit de eadem quam aprehendendam non expectato consensu alio dictorum venditorum dicti venditores dederunt et concesserunt dicto emptori et heredibus plenam licentiam et liberam potestatem dantes etiam et concedentes dicti venditores eidem emptori et heredibus suis plenam licentiam et liberam potestatem predictam domum cum Juribus et pertinentiis suis de cetero in eam predictam intrandi habendi tenendi possidendi et fruendi gaudendi dandi vendendi alienandi et per omnia judicandi modo et forma subscriptis et pro dicto tempore viginti novem annorum tantum et faciendum de ea et in ea totum velle et desiderium suum et heredum suorum per totum tempus viginti novem annorum absque ipsorum venditorom et heredum eorum calumnia et contradictione. aliqua salvo in omnibus et per omnia censu predicto quam quidam venditionem et omnia et singula supradicta promiserunt sollemniter dicti venditores et convenerunt dicto emptori pro se et suis heredibus stipulantibus rata et firma habere tenere attendere et observare eidem emptori et heredibus suis et non contrafacere vel venire modo seu Jure vel aliqua ratione sed predictam domum dicto emptori et heredibus suis legitimis defendere guarentire et manutenere ab omni calumniante persona extranea. vel propinqua habente jus et causam et ab eisdem exinde, contra dictam domum ab eodem emptore vel heredibus suis in toto vel in parte calumniare presumpserit aliqua ratione sub hypoteca omnium bonorum eorum habitorum et habendorum ac refectione damnorum interesse et expensarom litis et extra et sub pena duplici pretii supradicti ad opus Regie Curie et dictis emptoris a me predicto Not. pro parte Curie sollemniter stipulante et ab eisdem venditoribus sponte promissa ratis manentibus omnibus supradictis, predictus vero emptor promisit coram nobis sollemniter et convenit eidem domino Cantori et beneficiali Sancte Marie de Ammirato pro parte ipsius sue Ecclesie stipulante dictum censum tarenorum auri trium quolibet anno de mense Augusti in festo ejusdem Ecclesie Sancte Marie solvere et exhibere dicto beneficiali et pro parte ipsius sue Ecclesie stipulante dictum censum tarenorum auri trium quolibet anno de mense Augusti in festo ejusdem Ecclesie Sancte Marie solvere et exhibere dicto beneficiali et successoribus suis in omni eventu et si a solutione dicti census per biennium cessaverit liceat dicto beneficiali et successoribus suis dictam domum ad Jus et dominium dicte Ecclesie auctoritate propria libere revocare defensa et exemptione aliqua non obstante. Item

quod non liceat dicto Rogerio nec heredibus suis dictam domum alicui alii Ecclesie fisco militi baroni nec alicui Curie seu potentatui vendere alienare nec aliquatenus judicare et si eam ipsam emptor vel heredes suos vendere omnimode oportebit liceat dicto beneficiali et successoribus suis pro parte dicte Ecclesie minori pretio, pretio tarenorum auri decem quod ex ea inveniri poterit a quocumque eam emere ante omnes et finito tempore dictorum viginti novem annorum liceat dicto beneficiali et successoribus suis dictam domum cum melioramento suo ad jus et dominium dicte Ecclesie auctoritate propria revocari defensa et exceptione aliqua non obstante cessatis, et in irritum revocatis per eumdem emptorem cautelis de quibuscumque debitis hactenus sibi factis usque in presenti die per Rogerium ante dictum lege aliqua actione subsidiaria privilegio fori ac Cantore deceptionis ultra dimidium juxti pretii usu vel consuetudine Pan. dicentur quod pene in instrumentis apposite non sunt a panormitanis civibus extorquenda eisdem venditoribus adversus predicta minime velitaris quibus renunciaverunt expresse et ea pena soluta vel non omnia et singula supradicta in eorum robore perseverent fines vero dicte domus sunt hii, ab una parte est domus predicti Judicis Saladini ab alia parte est taberna de Petra Buker et ab alia parte est domus Laurentiis Pipitoni et si qui alii sunt confines. Unde ad futuram memoriam et dicte Ecclesie Sante Marie de Ammirato et ejusdem emptoris cautelam facta sunt ex inde duo publica consimilia instrumenta per manus mei predicti Notarii meo signo signatum subscriptione mei predicti Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum quorum unum presens est penes dictum beneficialem retinendum. Actum Pan. anno, mense, die et indictione premissis.

† *Ego Philippus de Consibili qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Ogerius de Verzolio qui supra Cantor et beneficialis dicte Ecclesie Sancte Marie me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Nicolaus de Not. Joanne testes sum.*

† Εγω Ιερευς Ιορδανις του Βλλδ. ιερουγος της θεοτοκου του αμιρα Γεωργιου.

† *Ego Benedictus de Aloysio Clericus testis sum.*

† *Ego Gullelmus de Rogerio publicus supra urbis fel. Pan. Not. predicta rogatus scripsi et meo signo signavi.*

Testes Benedictus de Aloysio, Presbiter Serdius de Gonizano, Nicholaus de Not. Joanne, Canonicus Angelus Partillengis, Constantinus de Not. Leones.

LXVIII.

Instrumentum concessionis terrae ad Cantoriam pertinentis.

A. 1319.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo decimo nono mense Januarii vigesimo octavo ejusdem tercie indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Rege Friderico Dei gratia inclito Rege Sicilie regni vero ejus anno vicesimo quarto feliciter amen. Coram nobis Algerio de Algerio Judice felicis urbis Pan. Rogerio Zuccarino Regio publico ejusdem felicis urbis Pan. Not. et testibus subscriptis ad hoc vocatis specialiter et rogatis, Reverendus dominus Ogerius de Verzolio Cantor Regie Cappelle Sacri Palacii ejusdem Urbis Pan. nomine et pro parte ipsius Cantorie ejusdem Regie Cappelle volens utilitatem dicte Cantorie in hac parte et commodum pertractare sponte nomine et pro parte predicte Cantorie dedit et concessit Nicolao de Philippo civi ejusdem urbis presenti pro se et heredibus suis in perpetuum quamdam partem cujusdam pecie terre vacuam ejusdem Cantorie sitam in tenimento ejusdem urbis in contrata Indulcie subscriptis finibus limitatam cum accessibus egressibus et juribus omnibus rationibus et justis pertinentiis suis ad octavam partem uvarum sub pactis et conditionibus infrascriptis videlicet quod dictus Nicolaus teneatur et promisit per se et ejus heredes eidem Cantori nomine et pro parte predicto suis sumptibus et expensis infra sex annos dictus Nicolaus aut heredes sui teneatur solvere eidem Cantori nomine et pro parte ejusdem Cantorie vel ejus successoribus quolibet anno ipsorum sex annorum nomine census seu recognitionis tarenorum auri unum et granam decem ponderis generalis, in festo Apostolorum Beatorum Petri et Pauli de mense Junii ita quod in fine dictorum sex annorum sit dicta pars ipsius pecie terre plantata ut est dictum finito vero termino dictorum sex annorum solutio dicti census seu recognitionis cessaverit, et a sequenti septimo anno in antea teneatur dictus Nicolaus vel heredes ejus dare tradere et assignare quolibet anno dicto Cantori vel successoribus suis nomine et pro parte predicte Cantorie octavam partem integram uvarum dicte vinee in Chessira (2) ipsius vinee tempore vindemiarum libere in perpetuum. Item quod non liceat etiam ipsi Nicholao vel heredibus suis ipsam vineam alicui vendere nisi primo requisiverit ipsum Cantorem vel ejus successores nomine et pro parte ipsius Cantorie, et si ipsam emere voluerit minus tarenos auri decem de precio quod haberi poterit a quocumque sibi vendere teneatur. Item quod dictus Nicholaus aut heredes sui vel quicumque alius pro eis ipsam terram seu vineam plantandam in ea nulli alteri Ecclesie militi baroni vel potenti posse vendere dare seu judicare debeat si casus acciderit nisi tantum ipsi Cantori vel suis successoribus nomine et pro parte ejusdem Cantorie et si vero propter defectum et negligentiam ipsius Nicolai vel heredum suorum dicta vinea plantata inculta remanserit; ita quod penitus devastetur dicta terra cum beneficio in ea facto ad dominum dicti Cantoris vel successorum suorum nomine et pro parte ejusdem Cantorie libere revertatur exceptione aliqua non obstante dictus vero Cantor predictam partem

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

(2) Vel Cessaria, quod predium rusticum significat.

ejusdem pecio terre ipsius Nicolai se constituit de cetero possidere donec, idem Nicolaus per se vel alium ejus nomine ipsius pecie terre possessionem aprehendere corporalem in qua intrandi et capiendi auctoritate propria non exquisito consensu ipsius Cantoris. Idem Cantor eidem Nicolao liberam licentiam et auctoritatem dedit et concessit dans et concedens deinceps dictus Cantor nomine et pro parte ejusdem Cantorie eidem Nicolao et suis heredibus liberam licentiam auctoritatem et plenariam potestatem predictam terram seu vineam plantandam in ea habendi tenendi perpetuo et semper possidendi dandi vendendi alienandi et pro alia judicandi et faciendi de ea et in ea totum velle et desiderium suum et heredum suorum salvo nihilominus octava parte uvarum ipsius vinee anno quolibet ut precedenter persolvendi. Preterea promisit et convenit nomine et pro parte dicte Cantorie stipulante super donationem et exceptionem presentem litem nec questionem movere nec etiam molestaro sed dictam terram cum omni beneficio in ea facto ipsi Nicolao et heredibus suis legitime defendere et manutenere ac tueri ab omni calumniante persona et universitate que dictus Nicolaus aut heredes suos seu quicumque dictam vineam possederit presumpserit ex inde aliquatenus molestare sub hypoteca omnium bonorum dicte Cantorie. Fines vero dicte partis ejusdem pecie terre sunt hii videlicet ab una parte superiori est vinea Nicolai de Calataphimo mediante vanella ab alia parte est via publica qua itur ad molendinum de passu, ab alia parte inferiori est flumen Admiratum et ab alia parte est quedam terra Amigdilarum Proretti de Gisario et si alii sunt confines. Unde ad futuram memoriam et tam predicti Cantoris nomine et pro parte ejusdem Cantorie nec non predicti Nicolai et heredum suorum cautelam facta sunt exinde duo publica consimilia instrumenta quorum unum scilicet presens assignatum est eidem Cantori nomine et pro parte ipsius Cantorie ad cautelam suam reliquo penes dictum Nicolao exinde retento. Scripta per manus mei predicti Notarii publici meo signo signata mei qui supra judicis subscriptione nec non ipsius Cantoris nomine et pro parte predicte Cantorie subscriptione et aliorum subscriptorum testium subscriptionibus et attestationibus roborata. Scripta Pan. Anno, mense, die, et indictione subscriptis.

† *Ego Algerius de Algerio qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Symon de Incisa Canonicus Regie Cappelle Sacri Palacii Pan. testis sum.*

† *Ego Presbiter Philippus de Magistro Marco Regie Cappelle Clericus testis interfui et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Thomasius de Sancta Agata testis sum.*

† *Ego Henricus de Vitali Clericus testis sum.*

† *Ego Rogerius Zuccarino qui supra Judex regius publicus felicis urbis Pan. Not. presens publicum instrumentum rogatus scripsi et solito meo signo signavi.*

Testes Presbiter Philippus de magistro Marco, Presbiter Thomasius de Sancta Agata Not. Symon de Incisa Clericus, et Henricus Vitalis Clericus.

LXIX.

Contractus Emphiteut. tarenorum auri quinque super duab. domibus ad Reg. Capellam spectantibus.

A. 1320.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo vicesimo mense Novembris sexto die mensis ejusdem quarte Indictionis regnante serenissimo domino nostro Rege Friderico Dei gratia inclito Rege Sicilie Regni vero ejus anno vicesimo quinto feliciter amen. Nos Thomasius de Benedicto judex felicis urbis Panormi Paganus de Milite regius publicus predicte urbis Notarius, et testes subscripti ad hoc vocati pariter, et rogati presenti scripto publico notum facimus, et testamur, quod venerabilis dominus Ogerius de Verzolio Cantor Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi, et capitulariter ejusdem Cappelle asserentes se abere et recipere nomine dicte Cappelle annuatim a Petro Cuctello tarenos auri quinque pro legato olim facto dicte Cappelle per predecessores dicti Petri et uxoris sue anno quolibet, et in perpetuum super duabus domibus dicti Petri uxoris, et filiorum eorum sitis in Cassaro civitatis Panormi in sera bubali subscriptis finibus limitatibus movisset questionem coram justitiario civitatis ipsius per eorum syndicum asserentes se fore destitutos per dictum Petrum a quasi possessione juris percipiendi predictum legatum predictorum tarenorum quinque, et propterea processum fuisset legitime in questione predicta demum fuit lata sententia pro dicto syndico contra dictum Petrum, uxorem, et filios, et fuisset executioni mandata in quasi possessione juris percipiendi predictum legatum dictorum tarenorum quinque de dictis duabus domibus, et dictus Petrus altercaretur super hoc dicens se uxorem, et filios, vel eorum aliquem non teneri precise solvere predictum legatum de predictis duabus domibus scilicet de domuncula una posita in quoddam cortili, ubi predicte alie due domus posite sunt, et dubitaret ne de cetero teneretur ad predictum legatum tarenorum quinque ratione dictarum duarum domorum, et nihilominus pro predicta domuncula ad alios tarenos quinque, sic quod quoddammodo predictum legatum videretur dupplicatum, et dupplicíter exigi posse, volens predictum legatum solvere, et offerens se predicto Cantori, et capitulo supradicto, et successoribus eorum per se, et heredes ejus predictum legatum solvere dum modo predictum legatum non remaneat dupplicatum, predictus Petrus Sapientia uxor ejus cum consensu Aloysie et Joanne filiarum suarum sponte promiserunt predicto domino Cantori et predicto capitulo predictum legatum anno quolibet solvere predicto Cantori dictoque capitulo, et successoribus eorum in festo Beati Petri Apostoli de mense Junii, scientes se semel tantum quolibet anno teneri in rei veritate in solutione dictorum tantum tarenorum quinque pro legato predicto Sacre Cappelle supradicte promittentes predicto Cantori, et Capitulo sollemni stipulatione dictos tarenos quinque pro predicto legato solvere Cappelle memorate quod si non facerent et cessarent in solutione dictorum tarenorum quinque pro dicto legatu per biennium dicti jugales, et heredes eorum incidant in penam unciarum auri

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

duarum ad opus Cappelle predicte ratho manente nihilominus contractu presenti, et predictus Cantor predictum capitulum promisit, et convenit per sollemnem stipulationem ipsis jugalibus pro se et eorum heredibus in perpetuum stipulantibus ipsos jugales eorumque heredes, et successores singulares de cetero non impedire in judicio, vel extra judicium ratione legati majoris tarenorum quinque cum in rei veritate dicti jugales non teneantur Ecclesie supradicte nisi in predictis tarenis auri quinque tantum, et non plus semel solvendis in anno pro dictis duabus domibus, et non pro dicta domuncula et quod alie domus, seu domuncule predicti cortilis ubi site sunt dicte domus non sunt alicui oneri census subnexe, seu obbligate nisi tantum dicte due domus, et quod de cetero predictum legatum dictorum tarenorum quinque pro predictis duabus domibus exigatur tantum, ceteris domibus, seu domunculis a predicto legato liberis, et exemptis remanentibus in perpetuum jugalibus ipsis, et heredibus eorum ad eoque si dicti jugales vel eorum heredes dictas duas domus voluerint vendere vel modo aliquo alienare, quod eas vendant, vel alienent cum onere dictorum tarenorum quinque solvendorum Sacre Cappelle predicte anno quolibet ratione legati predicti. Que omnia supradicta predicti jugales per se, et heredes eorum ex una parte, et predictus Cantor, et Capitulum nomine dicte Cappelle per se, et successores eorum ex altera promiserunt sibi ad invicem per sollemnem stipulationem attendere, et inviolabiliter observare sub hypotheca bonorum dictorum jugalium, et Cappelle predicte, et sub pena unciarum auri decem parti predicta servanti applicanda, si aliqua dictarum partium per heredes, seu successores suos contra predicta venire tentaverint, vel aliquid predictorum, et predicta pena exacta vel non predicte omnia in eorum robbore perseverent, et renunciaverint predicti Jugales. Cantor, et Capitulum exceptioni doli mali, metus causa, et in factum rei non sic geste nec habite ut est dictum, et omni juri et actioni quod habent, et habere possent ratione legati dictarum domorum et exceptioni etiam erroris cum rei veritas sic se habeat quod dicti jugales tenentur ad legatum predictum ratione predictarum duarum domorum, et non aliter, et omni juri scripto, et non scripto canonico, vel civili constitutionibus Imperialibus, et Regalibus consuetudinibus omnibus dicte civitatis Panormi, et illi specialiter consuetudini, que a penis infrascriptis appositis liberat contrahentes, et eis, vel eorum alteri parti competentibus, et competituris circa premisse vel aliquod premissorum in contractu presenti. Fines dictarum domorum duarum una quarum habet introitum in vanella, et alia babet introitum versus meridiem in eodem cortili site sunt in contrata quondam domini Orlandi de Milia secus domos sororis Philippe monialis sancte Marie de Martorano ex duabus partibus, et cortile vacuo ex altera, et alios confines. Unde ad futuram memoriam et quod de premissis sit omnibus plena fides ad cauthelam predicti cantoris, et capituli nomine dicte Cappelle factum est ex inde presens publicum instrumentum per manus meas predicti notarii publici meo solito signo signatum nostrum, qui supra judicis, et testium subscriptorum subscriptionibus, et testimonio roboratum, Actum Panormi anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Thomasius de Benedicto qui supra judex me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Joannes de Angelo Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi Canonicus predictis assentio, et me subscripsi.*

† *Ego Jacobus de Platea Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi Canonicus predictis assentio, et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Guarinus de Renda Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi, et Vicarius terre Salem predictis assentio, et me subscripsi.*

† *Ego Nicolaus Donadei Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi Canonicus, et Thesaurarius predictis assentio, et me subscripsi.*

† *Ego Simon de Incisa Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi Canonicus predictis assentio, et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Jacobus de Melatio testis sum.* † *Ego Presbiter Philippus de Magistro Marco testis sum.*

† *Ego Franciscus de Massa diaconus Regie Cappelle Sacri Palatii Felicis Urbis Panormi testis sum.*

† *Ego Philippus de Forte Clericus testis sum.* † *Ego Presbiter Nicolaus de notario Joanne testis sum.*

† *Ego Philippus de Barone Clericus testis sum.* † *Ego Presbiter Tomasius de Sancta Agata testis sum.*

† *Ego Joannes de Marco testis sum.* † *Ego Joannes de Marino testis sum.*

† *Ego Petrus Cassisius hujus rei causa testis sum.*

† *Ego Paganus de Milite, qui supra Regius Publicus predicte Urbis notarius rogatus interfui predicta scripsi, et meo signo signavi. Testes dominus Nicolaus de Amodeo, dominus Jacobus de Placia, Simon de Incisa, dominus Guarinus de Renda, Presbiter Joannes de Angelo, Notarius Philippus de Barono Presbiter Jacobus de Melatio, Magister Philippus de Forte, Presbiter Thomas de Sancta Agata, Chiccus de Massara, Presbiter Philippus de Marco, Presbiter Nicolaus de Notario Joanne, Nicolaus de Gregorio, Petrus de Cassisi, Notarius Joannes de Grina, Joannes de Marino, et magister Simon Zaccala.*

LXX.

Instrumentum concessionis terrae ad Eccl. S. M. de Ammirato pertinentis pro annuo censu granorum auri decem.

A. 1321.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo tricentesimo vicesimo primo mense Martii vicesimo sexto ejusdem quarte Indictionis regnante serenissimo domino nostro domioo Rege Friderico Dei gratia inclito Rege Sicilie Regni soi anno vicesimo sexto feliciter amen. Nos Thomasius de Benedicto Jodex felicis nrbis Panormi Heoricus de Burgio Regius publicus ejusdem nrbis Notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter, et rogati presenti scripto publico, notum facimus, et testamor quod Fia mulier relicta quondam Necti Murchii civis urbis Panormi pro se, et tutorio nomine, et pro parte Salvatoris filii sui, et dicti quondam viri sui preseote, et hec petente oobili domino Oggerio de Verzolio venerabile Cantore Sacre Regie Cappelle Palatii Panormi, ac Beneficiale Ecclesie Sancte Marie de Ammirato ejusdem urbis nomine, et pro parte ipsius Ecclesie Sancte Marie sponte, et sollemniter confessa est pro se, et

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

tutorio nomine predicto se habere, tenere, et possidere, et habere, tenere, et possidere debet pro se, et suis heredibus in perpetuum solum unum longitudinis cannarum duarum et palmorum duorum parum plus minusve et amplitudinis duarum canna um conjunctum cum solo taberne dictorum matris, et filii situm in predicta urbe Panormo in quarterio Albergarie in platea publicá Ballaro subscriptis finibus limitatum et quia pro solo ipso solutum extitit anno quolibet usque nunc; et solvere debentur anno quolibet predicte Ecclesie Sancte Marie nomine census grani auri decem ponderis generalis pro ut eidem Fie plene et legitime constitit, et e converso dictus dominus Cantor, et Beneficialis predicte Ecclesie Sante Marie nomine, et pro parte ipsius presente et hec petento dicta Fia pro se, et tutorio nomine predicto sponte et sollemniter confessus est quod ipsa Fia pro se, et tutorio nomine predicto tenuit, et possedit, et tenet, et possidet, ac tenere, et possidere debet pro se, et suis heredibus in perpetuum sub annuo censu predicto a predicta Ecclesia solum predictum, pro'ut eidem domino Cantori, et Beneficiali dicte Ecclesie plene et legitime dixit se constare, et quod a tempore quo dictus quondam Nectus maritus ejusdem Fie una cum ipsa et filiis eorum tenuerunt et possiderunt solum ipsum usque per totum annum proximum preteritum tertie Indictionis solutum extitit ab eodem Necto de censu predicto, et nihilominus dictus dominus Cantor, et Beneficialis predicte Ecclesie nomine, et pro parte ipsius dedit, concessit, et confirmavit dicte fie pro se, et suis heredibus in perpetuum solum predictum sub annuo censu predicto promittens, et conveniens dictus dominus Cantor, et Beneficialis dicte Ecclesie nomine, et pro parte ipsius dicte Fie, et heredum suorum predictum solum sibi defendere, guarentire, et manutenere ab omni calumniante persona, que eamdem Fiam, et heredes suos de predicto solo presumpserit molestare in judicio, vel extra, quu Fia predicta propterea promisit, et convenit per se, et heredes suos et per sollemnem stipulationem dicto domino Cantori et Beneficiali ejusdem Ecclesie nomine, et pro parte ipsius dare, et solvere sibi, vel successoribus suis anno quolibet in perpetuum censum predictum dictorum granorum auri decem in festo Assumptionis Beate Marie Virginis de Mense Augusti, que omnia, et singula supradicta dictus dominus Cantor, et Beneficialis dicto Ecclesie nomine, et pro parte ipsius ex una parte, et dicta Fia pro se, et tutorio nomine predicto ex altera, una pars scilicet alteri promiserunt, et convenerunt per stipulationem sollemnem per se, et successores eorum sollemniter stipulantes se sollemniter obligaverunt ratha, et firma habere, tenere, et inviolabiliter perpetuo observare, nec contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa in premissis, vel aliquo premissorum sub hypotheca omnium bonorum ejusdem Ecclesie, et predicte Fie habitorum, et habendorum, ac refectione damnorum, interesse, et expensarum litis et extra, et sub pena untiis auri unius ad opus Regie Curie, et parte predicte servanti integraliter persolvenda per me predictum notarium publicum pro parte Curie sollemniter stipulata, et ab eisdem contrahentibus sponte promissa committenda ex pacto semel, et amplius prefatis nihilominus in suo robore duraturis. Renunciantes dicti contrahentes super premissis omnibus tam per se quam per successores eorum generaliter specialiter sollemniter, et expresse omni beneficio, et auxilio Juris Canonici, et civilis omnibus legibus consuetudinibus constitutionibus papalibus imperialibus et regalibus novis, et veteribus beneficio Ecclesiarum, et Ecclesiasticarum personarum privilegio fori ac beneficio restitutionis in integrum si locum haberet, vel competeret dictis contrahentibus aliqua ratione, vel causa actioni, et exceptioni doli mali metus causa et infactum, ac omnibus aliis juribus quibus contra premissa, vel aliquod premissorum ve-

nire possent, et a solutiooe dicte pene se exhimere, vel tueri specialiter consuetudini dicte urbis Panormi, que panormitanos cives a penis infrascriptis appositis liberat contrahentes, et predicta pena soluta, vel non omnia, et singula supradicta in suo robore perseverent. Fines vero predicti soli de quo debetur ut supra censum predictum sunt hii, ab una parte est solum predictum dicte taberne dictorum matris et filii, ab alia parte est domus Jacobe mulieris uxoris quondam Guglielmi de Fasana, ab alia parte est via publica, et si qui alii snot confioes. Unde ad futuram memoriam, et predicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato cautelam presens publicum instrumentum sibi ex inde factum est per manus meas predicti notarii publici meo signo solito subscriptione mei qui supra judicis, et subscriptorum testium subscriptionibus, et testimonio roboratum. Actum in urbe felici Panormo anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Thomasius de Benedicto qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Simon de Incisa Canonicus predicte Cappelle Regie interfui et testis sum.*

† *Ego Presbiter Philippus de Marco Sacre Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi Cappellanus testis sum.*

† *Ego Presbiter Jacobus de Milatio magister scolarum predicte Cappelle Regie interfui, et testus sum.*

† *Ego Notarius Aprilis de Novifaris predictis interfui, et me subscripsi.*

† *Ego Henricus de Burgio qui supra Regius publicus felicis urbis Panormi Notarius predicta scripsi, et meo signo solito signavi.*

Testes Presbiter Thomas de Sancta Agatha, Presbiter Jacobus de Milatio, Guilielmus Murchi, Simon de Incisa, Notarius Aprilis de Novifaris, Presbiter Philippus de Marco, Goffridus de Arcudie, et Joannes de Alfano.

LXXI.

Instrumentum permutationis cujusdam terrae ad Reg. Canonic. pertinentis cum vinea et duobus domibus Henrici et Gratiae Jug.

A. 1321.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo mense Augusti decimo nono die ejusdem quarte indictionis Regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie Illustrissimi Rege Friderico regni ejus anno vicesimo sexto et inclito Rege Petro Secundo regni ejus anno primo feliciter amen. Nos Thomasius de Benedicto Judex felicis urbis Pan. Vitalis de Ecclesiastico ejusdem urbis publicus Tabellio tenimenti sui et totius majoris panormitane Ecclesie diocesis et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod cum discretus et honestus vir dominus Jacobus de Placia civis dicte urbis Sacro Regie Cappelle Palacii dicte urbis Canonicus haberet teneret et possideret noomine et pro parte dicte Regie Cappelle jure videlicet sui Canooicatus quam-

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

dam peciam terre vacue et sterilis et sepe ex parte vie publice destitutam per quam peciam terre homines et animalia faciunt transitum eorum sitam in territorio dicte urbis in contrata que dicitur de Bursigeli juxta vineam magistri Henrici de magistro Roberto Fabro et Gratie jugalium et vineam Gullelmi de Licata de Clara ex duabus partibus et secus vineam heredum quondam domini Gullelmi Tallavie militis ex alia parte et secus viam publicam ex altera unde dicta pecia terre habet liberum introitum et exitum suum, de qua quidem pecia terre idem Canonicus jam sunt elapsi anni sexdecim parum solus minusve quod nullum commodum et profictum consecutus fuit nec consequitur ad presens scriptum remansit a tempore quo possedit ubsque nunc inculta pro eo quod dicta pecia terre pro majori parte est balata ut asseritur dictus Canonicus cupiens dictam peciam terre alicui probo viro sub aliquo annuo censu concedere ipseque Canonicus diu expectans aliquem qui ipsam peciam terre ab eo sub annuo censu conducere et recipere vellet nullus autem ad eum accessit nec requisivit ad presens ipsum Canonicum qui ipsam peciam terre ad annuum censum ab eodem recipere voluisset ut ipse Canonicus nobis asseruit, et dicti magister Henricus et Gratia Jugales propter multa damna que passi fuerunt et patiuntur ad presens ex animalibus sumentibus pascua in dicta pecia terre et sepe sepius discurrentibus et ingredientibus in predictam vineam dictorum Jugalium requisierunt dictum Canonicum super permutatione facienda cum eo de dicta pecia terre cum duobus eorum domibus terraneis et cortilium eis quinto sitis in quarterio Syralcadii dicte urbis in contrata Ecclesie Sancti Hypoliti juxta tenimentum domo cum Guirgere mulieris de Comico ex una parte et secus tenimentum domodum Berardi de Tauromenio ex alia parte et secus domum Mathei de Proto ex altera parte et secus viam publicam, unde dicte domus et cortile habent liberum introitum et exitum earum dictus qui Canonicus volens in hac parte comodum dicte Regie Cappelle et sui Canonicatus procurare et ducere ad meliorem ut ipsius solicitudo requirit certos homines rei conscios et fide dignos ut in talibus expertos diligentes comodum et profictum dicte Regie Cappelle ac dicti Canonici destinarunt ad videndum utraque predia et ad informandum dictum Canonicum super permutatione facienda ut supra si erat expediens eam fieri in utilitatem dicte Regie Cappelle et ipsius Canonicatus, qui destinati euntes ad utraque predia et subicientes predia predicta oculis eorum considerantes etiam omnes circumstantias situs qualitates et quantitates comoda redituum et proventuum ipsorum locorum, comunicato et deliberato inter eos consilio retulerunt dicto Canonico ibidem presente et premissa omnia perspicaciter vidente ex predicta permutatione conditione dicte Regie Cappelle et prefati Canonicatus fieri meliorem et esse expediens et utile dicte Regie Cappelle et prefato Canonicatui et prescripto Canonico predictam permutationem ut dictus Canonicus nobis retulit predictam sollemnitatem et inquisitionem diligenter fecisse inne gotio supradicto adhibitis etiam dicto Canonico aliis probis viris Canonicis et Ecclesiasticis personis ad hec expertis consulentibus dicto Canonico predictam permutationem fore nec faciendam pro commodo dicta Regie Cappelle et prefati Canonici ac ejus successorum propterque dictus Canonicus de consensu assensu et voluntate venerabilis et honesti viri domini Ogerii de Verzolio Regii Cantoris prefate Regie Cappelle, ac de consensu et voluntate venerabilis capituli dicte Regie Cappelle ex una parte et dicti magister Henricus et Gratia Jugales de consensu et voluntate Friderici et Violantis infantium filiorum eorum qui in presenti contractu pennam mei predicti Tabellionis consensus nomine tetigerunt secundum consuetudinem dicte urbis ex altera coram nobis ad talem permutationem seu cambium ex inde

devenerunt et sollemniter celebraverunt in hunc modum videlicet quod dictus Canonicus cum predicto consensu dictorum Cantoris et Capituli dicte Regie Cappelle sponte dedit et ex causa permutstionis predicte habere concessit dictis magistro Henrico et Gratie Jugalibus et eorum heredibus in perpetuum dictam peciam terre cum juribus rationibus et justis pertinentiis suis liberam videlicet et absolutam ab omni onere census et cujuslibet alterius servitutis cum accessibus egressibus suis et cum omnibus et singulis qua supra se seu intra se citra se in integrum continentur omnique jure aotione usu et proprietate requisitione ac dominio dicto Canonico et ejus successoribus ex dicta pecia terre pertinentibus seu eidem expectantibus modo seu jure aut aliqua ratione.vel causa, constituens se idem Canonicus de cetero nomine et pro parte dictorum jugalium dictam peciam terre cum juribus et pertinentiis suis propritario possidere donec dicti Jugales vel aliquis nomine et pro parte ipsorum auctoritate sua propria non exquisito consensu dicti Canonici predicte pecie terre corporalem aprehenderit posessionem quam aprehendendi intrandi et accipiendi auctoritate eorum propria ut supra dictus Canonicus dedit et concessit dictis Jugalibus et eorum heredibus auctoritatem propriam et liberam potestatem amodo et in perpetuum dictam peciam terre et in ea faciendi totum velle et desiderium eorum et heredum ipsorum ut quilibet veri domini et patroni de re propria facere possunt et debeant absque predicti Canonici et ejus successorum seu alicujus alterius summisse pro nomine et pro parte ipsorum molestiam aliquam seu cootradictionem, et versa vice dicti Jugales cum predicto consensu dictorum filiorum eorum ex causa et nomine permutationis predicte dederunt et concesserunt dicto Canonico et successoribus suis amodo et in perpetuum dictas domos et cortile eis quinto ut supra cum juribus rationibus et justis pertinentiis eorum et cum omnibus et singulis quam supra se seu intra se aut circa se in integrum contenentur omnique jure actione usu et proprietate requisitione ac dominio dictis Jugalibus et heredibus eorum ex dictis domibus et cortili modo aliquo seu jure pertinentibus seu contra expectantibus liberas videlicet et absolutas ab omni onere cesus et cujuslibet alterius servitutis; constituentes dicti Jugales nomine et pro parte dicti Canonici se de cetero dictas domus et cortile cum juribus et pertinentiis eorum proprietario possidere donec idem Canonicus vel aliquis ejus nomine auctoritate propria non exquisito consensu dictorum Jugalium dictorum domorum et cortilis corporalem aprehenderit posessionem quam aprehendendi intrandi et accipiendi auctoritate sua propria ut supra dicti Jugales prescripto Canonico et ejus successoribus tribuerunt et concesserunt amodo et in perpetuum auctoritatem propriam et liberam potestatem dictas domos et cortile cum juribus et pertinentiis eorum habendi tenendi perpetuo possidendi dandi vendendi alienandi permutandi et per omnia judicandi ac de dictis domibus et cortili et in eis faciendi totum velle et desiderium suum et successorum suorum ut quilibet verus dominus et patronus de re propria facere potest et debet absque predictorum Jugalium et heredum eorum seu alicujus alterius summisse persone nomine et pro parte ipsorum molestia aliqua seu contradictione. Adjunctum est ex pacto sollemni stipulatione vallato inter dictos permutantes quod si aliquo processu temporis lis aut questio seu controversia aliqua tam pro libelli oblationem quam alio quocumque modo moveretur. alicui predictum predictorum seu eorum heredibus et successoribus ex dictis prediis permutatis ut supra per aliquam calumniantem personam, et aliquis ipsorum permutantium vel eorum heredes ac successores pro tenendis possidendis et defendendis dictis prediis expensas aliquas fecerint in Judicio vel extra pro ipsa re aliquis ipsorum aliquod interesse pateretur quod una pars al-

teri ad invicem. Reficere teneatur et per omnia resarcire. Quam quidem permutationem et omnia et singula supradicta dicti permutantes promiserunt et convenerunt per se et heredes et successores eorum et per sollemnem stipulationem una pars alteri ad invicem stipulantur se sollemniter obligarunt semper rata et firma habere tenere inviolabiliter perpetuo attendere et observare et contra promissa seu aliquod promissorum nullo processu temporis facere vel venire modo seu jure aut aliqua ratione vel causa, immo dicta predia permutata ut supra cum juribus et pertinentiis eorum alter alteri semper legitime defendere guarentire et manutenere ab omni calumniante persona extranea vel propinqua publica vel privata Ecclesiastica seu seculari quam dictos permutantes seu aliquem ipsorum ex dictis prediis permutatis ut predicitur molestare presumpserit aliqua ratione vel causa sub hyhoteca omnium bonorum eorum presentium et futurorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis et extra et sub pena unciarum auri decem ad opus Regie Curie et partis predicta servantis integraliter pro solvenda per me predictum Tabellionem nomine et pro parte dicte Regie Curie sollemniter stipulata et a predictis permutantibus sponte promissa committenda ex pacto semel et amplius prefatis nihilominus in suo robore duraturis. Renunciantes dicti permutantes super hiis omnibus et singulis supradictas generaliter, specialiter sollemniter et expresse omni beneficio et. auxilio juris Canonici et civilis omnibus legibus consuetudinibus Imperialibus et Regalibus novis et veteribus privilegio fori acceptioni et exceptioni doli mali metus cause et in formam subsidiarie illi panormitani consuetudini quam dicit quod pene in justitiis apposite non sunt a panormitanis civibus extorquende beneficio legis subvenienctis deceptis ultra dimidium juste permutationis occasione deceptionis prefate et specialiter legi si convenerit et omnibus aliis juribus et legibus et canonum auxiliis quibus contra promissa seu aliquid promissorum venire possent et a soluptione dicte pene se eximere vel tueri predicta vero pena soluta vel non omnia et singula supradicta semper in eorum robore perseverent propterea predicti permutantes tacto corporaliter libro coram nobis ad Sancta Dei Evangelia juraverunt quod predicta permutatio facta est vera et non simulata in fraudem dicte Regie Cappelle consanguinei et vicini jus habentium in recuperatione dictorum bonorum permutatorum vel alicujus eorum si vere fuisset ipsorum bonorum venditio celebrata. Unde ad futuram memoriam et predictorum permutancium heredum et successorum eorum cautelam facta sunt ex inde duo publica consimilia instromenta per manus mei predicti Tabellionis nostris signo et subscriptione solitis signata nostrum qui supra Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roborata quorum unum scilicet presens predicto Canonico et sui et dicte Regie Cappelle cautelam est assignatum. Aliud vero penes dictos Jugales ad sui et heredum eorum est retentum et conservatum quod autem abrasum et emendatum est superius in sexagiuta nona linea ubi legitur. Cautelam est; abrasum et emendatum estinta per manus mei predicti Tabellionis et nihilominus pro autentico ab omnibus habeatur. Actum in predicta urbe Panormi anno mense die et Indictione premissis.

† *Ego Thomasius de Benedicto qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Ogerius de Verzolio Cantor predicte Cappelle me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Joannes de Angelo Sacre Regie Cappelle Canonicus testis sum.*

† *Ego Presbiter Guarinus de Rend. Regie Cappelle Sacri Palacii civitatis predicte Canonicus terre Salem Terciarius testis sum.*

† *Ego Symon de Incisa Canonicus Regie Cappelle Sacri Palacii Pan. testis sum.*

† *Ego Rogerius de Dexpento Can. Regie Cappelle Sacri Palacii civitatis Pan. testor.*

† *Ego Nicolaus Donadei predicte Cappelle Canonicus et Thesaurarius presenti contraentie nunc videlicet ultimo martii septime Ind. consentiens confirmo.*

† *Ego Presbiter Bonjoannes panis et vini predicte Cappelle Cappellanus testis sum.*

† *Ego Angelus de Castellione Clericus testis sum;*

† *Ego Henricus de Vitale Clericus testis sum.*

† *Ego Vitalis de Ecclesiastico qui supra predicti felicis urbis Panormi publicus Tabellio tenimenti sui et totius majoris Panor. Diocesis predicta Rogatus scripsi et meo solito signo signavi.*

Testes Not. Johannes de Bentifano Magister Philippus de Forte Clericus Presbiter Philippus de Magistro Marco Henricus de Vitali Clericus Angelus de Castroleonis Clericus Simon de Butera.

LXXII.

Transumptum litterarum Senatoris de quarta funeraria ad Reg. Capellam spectante.

A. 1323.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo vigesimo tertio mense Martii quintodecimo ejusdem sexte indictionis regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie Illustri Rege Friderico regni ejus anno vigesimo septimo et inclito Rege Petro Secundo regni ejus anno secundo feliciter amen. Nos Jacobus de Lanfredo Judex felicis urbis Panor. Rogerius de Vitali Regius publicus ejusdem urbis Not. et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod discretus et honestus vir presbiter Bonjoannes Panis et Vini Procurator ut asseruit Capituli et Cleri Sacre Regie Cappelle Palatii dicte urbis ad nostram accedens presentiam ostendit et coram nobis publice legi fecit quasdam significatorias literas domini Senatoris de Mayda militis sigillo vero noto et consueto ejusdem domini Senatoris de cera rubea sigillatas directas per eumdem dominum Senatorem domino Raynaldo de Carteliano ad cautelam predictam capituli continentes quod de mandato Regis est ut quarta legatorum ad pias caussas quondam domine Flordelisie de Rege Encio (2) que defuncta fuit intus predictum palatium tribuatis Clericis Cappelle predicte pro ut in predictis literis subscripti tenoris clarius declaretur et requisivit nos ex pacto regium qui supra Ju-

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

(2) Entius filius nothus Imp. Friderici Rex Sardiniae, et Regnorum admiratus sub eodem Friderico. Errat autem Pirrus asserendo *Flordelisiam filiam fuisse Regis Friderici quae defuncta fuit extra menia Palatii,* Notit. Reg. Cap. pag. 1361.

dicem et Not. in hac parte officium implorando et petiit ut cum oporteat Clerum et Capitulum dictas originales literas in formam publicam ad sui cautelam servandas redigi facere juxta predictum continentiam et tenorem de verbo ad verbum juxta continentia earum nullo in eas addito mutato vel diminuto mei qui supra Judicis auctoritate judiciaria interposita pro ut me per dictum Not. publicum ad cautelam Capituli et Cleri predicte Cappelle et fidem in posterum omnibus. faciendam in formam publicam trascribere et redire deberentur ut scriptum publicum ex inde faciendum eamdem vim habeat quod babere dignoscuntur originales litere antecedentes per eumdem presbiterum Bonjoannem ut predicitur nobis ostensas prefato sigillo signatas omni vicio et suspecione carere ac in sui prima figura illesas existere. Id circo easdem originales certificatorias literas de verbo ad verbum juxta continentiam earumdem nullo in eis addito vel etiam diminuto mei qui supra Judicis auctoritate judiciaria interposita per me predictum Not. publicum ad cautelam predictorum Capituli et Cleri et fidem in posterum faciendam ut supra in presentem formam publicam fideliter duximus redigendas et transcribendas quarum tenor per omnia talis est videlicet. Domine Raynalde de Carteliano. Ego Senator de Mayda miles significo vobis quod de mandato Regis est ut quarta legatorum ad pias causas quondam domine Flordelisie de Encio que defuncta fuit intra Palacium Regium, tribuatis Clericis Cappelle Regie et ideo pecuniam quam tenetis sequestratam pro quarta ipsa predictis Clericis vobis presentes literas assignantibus tribuatis si placet. Scriptum Pan. duodecimo Martii sexte indictionis. Unde ad futuram memoriam et predictorum Capituli et Cleri cautelam presens transumptum de tenore predictorum originalium literarum eidem presbitero Bonjoanni hoc petenti pro parte et cautela predictorum Capituli et Cleri exinde factum est per manus mei predicti Notarii publici meo solito sigillo signatum mei predicti Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum in Urbe predicta anno, mense, die, et indictione premissis.

† *Ego Jacobus de Lanfredo qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Joannes de Capite de Panormo predictas originales significatorias literas V. L. meq. subscripsi.*

† *Ego Bartolus de Puteo de Pan. predictas originales significatorias literas V. L. meq. subscripsi.*

† *Ego Not. Jacobus de Petro predictas originales significatorias literas V. L. me subscripsi.*

† *Ego Michael de Ottaviano predictas originales significatorias literas V. L. meq. subscripsi.*

† *Ego Andreas de Minada predictas originales literas V. L. meq. subscripsi.*

† *Ego Andreas de Menna predictas literas V. L. me subscripsi.*

† *Ego Nicolaus de Lione de Pan. predictas originales literas significatorias V. L. meq. subscripsi.*

† *Ego Petrus de Bonifacio originales literas predictas V. L. meq. subscripsi.*

† *Ego Rogerius de Vitali qui supra regius publicus ejusdem Urbis Not. predicta scripsi et meo solito signo signavi.*

LXXIII.

Instrumentum sententiae latae per dominum Senatorem de mandato domini Regis Friderici super quarta Juris Parochialis Cap. Regiae.

A. 1323.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo tercio mense Marcii vicesimo nono ejusdem sexte indictionis regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie Illustri Rege Friderico regni ejus anno vicesimo octavo et inclito Rege Petro Secundo regni ejus anno secundo feliciter amen. Nos Jacobus de Lanfredo Judex felicis urbis Pan. Rogerius de Vitali regius publicus ejusdem urbis notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod discretus vir Presbiter Bonjoannis Panis et Vini Capituli et Cleri Cappelle Sacri Regii Palacii dicte urbis procurator ut nobis constitit ac Cappellanus, ad nostram accedens presentiam exposuit quod cum ipsorum Capituli et Cleri intersit penes se ad eorum cautelam publicatam habere quandam provisionem terminationem et decisionem terminatam et decisam per dominum Senatorem de Mayda militem Juris Civilis professorem et Regie Conscientie Judicem ad petitionem et cautelam ipsius Cappelle de mandato regio ut suscribitur subscriptionibus redacta in actis ipsius domini Senatoris in predicto mense Marcii Ind. ejusdem petiit a nobis predictus exponens pro parte et nomine ipsorum Capituli et Cleri nostrorum qui supra Judicis et Notarii in hac parte officium implorando, ut una secum ad domum ipsius domini Senatoris sitam in quarterio Syralcadii dicte urbis ubi acta ipsa per eumdem dominum Senatorem fideliter conservantur ratione predicti sui judicatus officii nos conferre personales deberemus, et inter ipsa acta inquirere dictam originalem scripturam provisionis terminationis predicte in ea inventa ipsam auctoritate judiciaria interposita per manus mei predicti Notarii publici in formam publicatam ad cautelam ipsorum Capituli et Cleri et fidem in posterum faciendam redigere et transcribere deberemus ut scriptum publicum ex inde faciendum eamdem vim habeat quam habere dignoscatur originalis scriptura predicta. Nos igitur suis petitionibus justis utpote annuentes, cum juste petentibus non sit denegandus assensus ad predictam domum ipsius domini Senatoris cum predicto exponente contulimus personales et quia predictam originalem scripturam in predictis actis ostensis nobis per eumdem dominum Senatorem ad petitionem ipsius exponentis inquisivimus et invenimus eamque vidimus legimus et inspeximus diligenter; idcirco predictam originalem scripturam de verbo ad verbum juxta ipsius continentiam et tenorem nullo in ea mutato addito seu etiam diminuto mei qui supra Judicis auctoritate judiciaria interposita per me predictum Notarium publicum ad cautelam ipsorum Capituli et Cleri, quorum interest, et fidem in posterum faciendam in presentem formam publicam duximus fideliter redigendam et transcribendam cujus originalis scripture tenor per omnia talis est. Nos Senator de Mayda miles Juris Civilis professor et Regie Conscientie Judex duodecimo Martii presentis sexte in-

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

dictionis apud felicem urbem Pan. de speciali conscientia et mandato domini Regis providimus et terminando decidimus quod de relictis et legatis ad pias causas per quondam nobilem dominam Florderisiam filiam Regis quondam Encii que defuncta estitit inter menia Sacri Regii Palacii et sepulta secundum dispositionem ipsius in Ecclesia Beati Francisci de dicta felici urbe Pan., deberetur et daretur quarta Canonicis et Clericis Cappelle Sacri predicti Palacii pro eo quod constitit nobis per privilegia ejusdem Cappelle concessa legitime et per quondam personas legitimas eamdem Cappellam Parochiam suam habere in dicto Palacio et Castro ipsius, hanc autem provisionem et decisionem nostram fecimus in predicta felici urbe Pan. de speciali conscientia et mandato domini nostri Regis ut predictum ipso domino nostro Rege residente in urbe predicta. Unde ad futuram memoriam et predictorum Capituli et Cleri ejusdem Cappelle de dicta originali scriptura provisionis terminationis et decisionis predicte, presens publicum transumptum eidem procuratoris hoc petentis pro parte ejusdem Cappelle ad cautelam Cappelle predicte et fidem omnibus de cetero faciendam ex inde factum est per manus mei predicti Notarii publici meo solito signo signatum mei predicti Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. Actum in Urbe predicta, anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Jacobus de Lanfredo qui supra judex me subscripsi.*

† *Ego Not. Guido de Panor. predicta originali vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Not. Nicolaus de Roberto predictam originalem scripturam provisionis et terminationis predicte vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Nicolaus de Leone de Pan. predictam originalem scripturam provisionis et terminationis predicte vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Joannes de Vitali de Pan. predictam originalem scripturam provisionis et terminationis predicte vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Orlandus de Magistro Joanne Candelario predictam originalem scripturam provisionis et terminationis vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Joannes de Not. Riccardo de Abrucio predictam originalem scripturam provisionis et terminationis vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Bertinus Valadicius predictam originalem scripturam provisionis et terminationis predicte vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Henricus de Vitali predictam originalem vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Rogerius de Vitali qui supra regius publicus ejusdem urbis Not. predicta scripsi et meo solito signo signavi.*

LXXIV.

Instrumentum pub. Literarum Regiarum, et decisionis Senatoris de Mayda de Institutione Maninglenorum in R. Cap.

A. 1323.

In nomine Domini amen(1). Anno Dominice Incarnationis millesimo triceotesimo vicesimo tertio, mense Julii vicesimo octavo ejusdem sexte Indictionis regnantibus serenissimis Dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie Illustre Rege Friderico Regni ejus anno vicesimo octavo, et inclito Rege Petro Secundo Regni ejus anno tertio feliciter amen. Nos Placenti de Capua Judex felicis urbis Panormi Rogerius Zuccarinus Regius publicus ejusdem felicis urbis Panormi notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod dominos Ogerius de Verzolio Cantor Regie Cappelle Sacri Palatii ejusdem urbis requisivit nos qui supra Judicem et Notarium nostrum super hoc officium implorando quod cum quedam controversia moveretur inter eumdem dominum Cantorem et magistrum Nicolaum de Donadeo thesaurarium ejusdem Cappelle super institutione maninglenorum (2) ejusdem Cappelle et fuisset super his dicta controversia diutius ventilata et tandem per Regiam Maestatem domino Senatori de Mayda militi juris civilis professori, ac regie audientie Judici, decidenda commissa per Sacras Regias Litteras quam dictam determinationem et decisionem dicti domini Senatoris ad futuram memoriam, et cauthelam predicti Cantoris et successorum suorum in formam publicam reddigere deberemus eorum loco et tempore valituram. Cujus petitione justa utpote admissa ad domum predicti domini Senatoris accessimus predictas Sacras Regias Literas nobis per eumdem dominum Senatorem ostensas vidimus legimus et inspeximus diligenter sigillo vero noto et consueto ejusdem domini Regis de cera rubea sigillatas et decisionem vero ipsius controversie factam per eumdem dominum Senatorem auctoritate predicti mandati Regii super his sibi directi similiter vidimus legimus et inspeximus diligenter ipsarumque teoorem cum decisione, et determinatione predictis quas de actis predicti domini Senatoris sumpsimus in presentem publicam formam ad perpetuam memoriam et cauthelam predicti Cantoris et successorum suorum duximus fideliter redigendam, quorum mandati Regii terminationis et decisionis ipsius mandati Regii facti per eumdem dominum Senatorem per omnia talis est ut inferius continetur: Fridericus Dei gratia Rex Sicilie Senatori de Mayda Militi juris civilis professori audientie sue Judici consiliario familiari et fideli suo gratiam suam, et bonam voluntate. Solita benignitate recepimus fidelitatis tue literas nostro nuper culmini destinatas per quas nostre Excellentie intimasti, et ad petitionem magistri Nicolai de Donadeo Clerici et Thesaurarii Cappelle nostre Sacri Palatii nostri civitatis Panormi devoti nostri per nos tibi proinde missam de mandato nostro tibi propterea facto recepisse testes de controversia babita inter dictum Thesaurarium, et Ogerium de Verzolio Cantorem ejusdem Cappelle Cappellanum familiarem et devotum nostrum super eo videlicet quod uterque ipsorum asserebat ad se pertinere de jure mauinglenum in dicta Cappella nostra statuere, et ordinare et

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

(2) Sacrista.

invenisse per depositiones et dicta ipsorum testium videlicet Clericorum et Canonicorum Seniorum et Juniorum ipsius Cappelle, Cantores qui prò tempore fuerunt in eadem Cappella a longissimo tempore Ecclesie semper et continue usque ad presens tempus consuevisse instituere, et ordinare maninglenos in Cappella predicta, et hoc semper observatum extitisse usque ad presens tempus etiam quod dictus thesaurarius jam sunt anni duo occasione et auctoritate quarundam literarum nostrarum per eumdem thesaurarium contra predictam consuetudinem impositarum amoverit, a dicta Cappella maninglenum, quem Cantor predictus statuerat et ex parte sua alium ordinaverit, et propter justas caussas in dictis litteris tuis expressas non potuisse informare nostram conscientiam de premissis ac denuo te redeunte Messana Panormum ad requisitionem dicti Cantoris super eadem causa testes iterum recepisse et invenisse eos perseverare in prioribus dictis eorum sicut in dictis tuis literis plenius et seriosius continetur quibus plenarie intellectis habito super hoc cum juris peritis Consilio diligenti provisum et decretum est quod quia mendacii impetrator debet carere totaliter impetratis et predicte litere impetrate fuerunt tacita veritate predictum Cantorem in predicta consuetudine permanere et ideo tibi rescribimus et volumus atque committimus quod predictam causam nomine et pro parte nostra. prout supra de jure videtur decidere debeas et finaliter terminare datum Messano tertiodecimo Junii sexte Indictionis. Nos Senator de Mayda miles juris civilis professor et regie audientie Judex juxta predictum mandatum Regium decidimus et finaliter terminamus per Cantorem tam presentem quam per futuros Cappelle Regii Sacri Palatii felicis urbis Panormi debere institui et ordinari maninglenum in dicta Cappella non obstantibus literis regiis olim impetratis per magistrum Nicolaum de Donadeo Thesaurarium ejusdem Cappelle pro eo quod constitit nobis predictum jus instituendi, et ordinandi maninglenos in dicta Cappella pertinuisse, et pertinere a longo et longissimo tempore citra, et usque ad tempus impetratarum literarum per eumdem magistrum Nicolaum ad Cantores qui fuerunt pro tempore in Cappella ipsa. Nec non et per ipsum Cantorem qui nunc est videlicet dominum Ogerium de Verzolio imponentes silentium super hoc dicto magistro Nicolao non molestandi de cetero dictum Cantorem super institutione vel ordinatione maninglenorum predictorum. Nec non de voluntate et mandato domini Regis juxta tenorem predicti mandati sui cassamus et irritamus literas supradictas tamquam veritate tacita impetratas. Has nostras decisionem et determinationem proferentes inscriptis pronunciatis Panormi penultimo Junii sexte Indictionis. Unde ad futuram memoriam et predicti Cantoris, et successorum suorum cauthelam et perpetuam securitatem presens publicum instrumentum de predictis originalibus literis regiis decisione et determinatione predicti domini Senatoris sumptum exinde sibi factum est per manus meas predicti Notarii publici meo signo signatum mea qui supra Judicis subscriptione, et testium subscriptorum subscriptionibus et attestationibus roboratum. Scriptum Panormi anno, die, mense, et indictione premissis.

† *Ego Placenti de Capua qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Jacobus de Platea Regie Cappelle Sacri Palatii civitatis Panormi Canonicus predictas originales literas regias determinatione et decisione predicti domini Senatoris, vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Joannes de Angelo Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi Canonicus dictas originales literas regias determinatione et decisione predicti domini Senatoris vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Jacobus de Milatio Manisalarum predicte Cappelle predictas originales regias literas determinatione et decisione predicti domini Senatoris vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Joannes de Silvestro predicte Cappelle Subcantor predictas originales literas determinatione et decisione predicti domini Senatoris vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Philippus de Magistro Marco predicte Cappelle Cappellanus predictas originales regias literas determinatione et decisione predicti domini Senatoris vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Joannes de Mistretta predicte Regie Cappelle Cappellanus predictas originales regias literas determinatione et decisione predicti domini Senatoris vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Bartolomeus de Catania predicte Cappelle Regie Cappellanus predictas originales literas regias determinatione et decisione predicti domini Senatoris vidi legi et me subscripsi.*

Rogerius Zuccarinus qui supra regius publicus felicis urbis Pan. Notarius presens publicum instrumentum rogatus scripsi et solito meo signo signavi.

LXXV.

Instrumentum cujusdam Jardini, quod tenet Ser Perri de Cesaria ab Ecclesia S. M. de ammirato.

A. 1323.

In nomine Domini Jesu Christi Amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo tertio mense Novembris die vicesimo tertio ejusdem mensis septime indictionis regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie Illustri Rege Sicilie Friderico regni ejus anno vicesimo octavo et inclito Rege Petro Secundo regni ejus anno tertio feliciter amen. Nos Vannes de Campo Judex felicis urbis Pan. Bartolus de Cicella regius publicus predicte urbis Not. et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod coram nobis discretus vir ff. Perri de Cisario civis Pan. presente in hoc petente reverendo viro domino Ogerio de Virzolio Cantore Sacre Regie Cappelle Palacii dicte fel. urbis Panor. ac beneficiale Ecclesie Sancte Marie de Ammirato de dicta Pan. urbe sponte et sollemniter confessus est se habere tenere possidere a dicta Ecclesia Sancte Marie de Ammirato ad annuum censum tarenorum auri septem et dimidii ponderis generalis solvendum per ipsum ff. Perri heredes et successores quoscumque suos in perpetuum ipsi Ecclesie anno quolibet in perpetuum in festo Assumptionis Beate semper Virginis Marie quod celebratur die decimo quinto mense Augusti, jardinellum unum situm in dicta urbe felici Pan. in contrata Bucerie subscriptis finibus limitatum emptum per dictum ff. Perri a domino Lupo Simonis de Sinico milite, et a domina Contissa de Milia Jugalibus cum onere dicti

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

annui census, renuncians se predictis idem ff. Perri actionibus seu exceptionibus doli mali metus et in formam subsidiarie privilegio fori et omni juri scripto ecclesiastici et seculari et competentibus vel competituris contra premissam confessionem. Fines vero dicti jardinelli sunt hii, ab Oriente est fluviolus ab Aqoilone est jardinum liberum dicti ff. Petri ab Occidente sunt menia Cassari mediante via publica et a Meridie est via publica quod quidem jardinellum duas habet particulas conventas longas et latas ut supra videlicet quod de dictis duabus particulis prima est versus dictam viam publicam meridialem circumdata, dicto fluviolo ex parte Orientis, et dictis viis publicis ex partibus Meridiei et Occidentis procedens in longitudine sua a dicta via publica que est versus Occidentem usque ad dictum fluviolum qui est versus Orientem et procedens in sua amplitudine e dicta via meridiali ubsque ad dictum jardinum liberum dicti ff. Perri que amplitudo est canne novem et palmi tres ad generalem cannam dicte urbis et ad generalem palmum dicte canne seconda vero particula ex dictis duabus est ex parte Occidentis tenens unum caput in dicta prima particula versus meridiem et alterum caput introitum jardini liberi ejusdem ff. Perri versus Aquilonem cujus longitudo est ad dictam cannam canne quindecim per amplitudioem vero dicta secunda particula protenditur a dicta via Occidentali infra versus Orientem ubsqoe ad dictum jardinum: et tam ad dicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato quam predicti ff. Perri heredum et successorum suorum cautelam facta sunt exiode duo publica consimilia instrumenta unum videlicet presens ipsi beneficiali pro parte dicte Ecclesie et alterum dicto ff. Perri per manus mei predicti Notarii publici meo signo solito signata mei predicti Judicis et testium subscriptorum subscriptionibus roborata. Actum Pan., aono, die, mense, et indictione premissis.

† *Ego Vannes de Campo qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Symon de Tudino testis sum.*

† *Ego Longenrius Orgeris testis sum.*

† Εγω ιερευς Ιορδανις του βρουτζανου μαρτυρ.

† *Ego Franciscus Sardus testis sum et scribere nesciens me subscribi rogavi per Notarium supradictum.*

† *Ego Bartolus de Cicella qui supra regius publicus predicte felicis urbis Pan. Notarius rogatus scripsi et meo signo signavi.*

Testes Presbiter Symon de Tudino, Presbiter Jordanus de Bruzano grecus, Longenrius Orgeris.

LXXVI.

Instrumentum concessionis cujusdam domus Reg. Cap. ad an. censum granorum auri decem.

A. 1325.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo vicesimo quinto mense Novembris die vicesimo sexto ejusdem mensis none Indic. Regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie Illustri Rege Friderico regni ejus anno tricesimo, et inclito Rege Petro Secundo regni ejus anno quinto feliciter amen. Nos Facius de Lentino Judex felicis urbis Pan. Joannes de Syracusia regius publicus dicte urbis Notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur, quod nobilis dominus Ogerius de Verzolio Cantor Sacre Regie Cappelle Regii Palacii Pan. presens coram nobis nomine et pro parte dicte Regie Cappelle locavit et dedit et concessit ad annuum censum granorum auri decem ponderis generalis Pagano de Milicosi civi dicte urbis presenti et recipienti ab eodem Cantore per se et heredibus suis hinc ad annos viginti novem quoddam casalinum ejusdem Cappelle inhabile ad habitandum in eo de quo nullos proventus habebat Cappella predicta longitudinis cannarum trium et amplitudinis cannarum duarum; situm et positum in quarterio Galke dicte urbis in ruga Pissotti juxta cortile et domum ipsius Pagani conductoris ex parte Orientis et ex parte Septemptrionis juxta domum predictam ipsius conductoris, et ex parte Occidentis juxta domum cum cortile Hypoliti de Naillacio et a Meridie est via publica et si qui alii sunt confines, cum accessibus egressibus juribus omnibus rationibus et pertinentiis suis sub pactis et condictionibus inter contrahentes eosdem in concessione predicta habitis infrascriptis videlicet quod predictus conductor et heredes sui teneantur et debeant solvere et exhibere eidem Cantori et successoribus suis quolibet predictorum annorum viginti novem in festo Beati Petri de mense Junii grana auri decem ponderis generalis. Item quod si predictus Emphyteota vel heredes ejus cessaverint a solutione dicti census per bieunium liceat eidem Cantori et successoribus suis casalinum ipsum cum omni beneficio et melioratione tunc inventis in eo ad jus dominium et proprietatem eorum penitus revocare contradictione aliqua vel panormitana consuetudine que in talibus loquitur aliquatenus non obstante. Item quod non liceat eidem conductori vel heredibus suis predictum casalinum dare vendere vel per omnia judicare seu aliquo alio alienationis titulo trasferre in Ecclesiam Fiscum Comitem Baronem vel Militem. Item quod si predictus Emphiteota vel heredes sui predictum casalinum vendere voluerint, teneantur primo eumdem Cantorem vel successores suos de eo emendo requirere et si ipsum casalinum emere voluerint liceat eisdem Cantori et successoribus suis ipsum casalinum emere et habere ante omnes emptores minus augustali dimidio de precio quod inde haberi poterit ab emptore quocumque de quo quidem casalino predictus Cantor eumdem conductorem in corporalem possessionem presentialiter posuit et induxit dans et concedens dictus Cantor eidem Emphiteote deinceps ubsque ad predictos annos vi-

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

ginti novem predictnm casalinum habendum tenendum possidendum dandum vendendom alienandum et per omnia jndicandnm et faciendum de eo et in eo cum predictis juribus rationibus et pertinentiis suis totum velle et desiderium suum et heredum suorum salvis in omnibus et per omnia censu annuo supradicto pactis et condictionibus supradictis. Quam locationem concessionem et omnia et singula supradicta dicti contraentes una pars alteri sollemniter stipulantes promiserunt et convenerunt sollemni stipulatione attendere et observare et nullo processu temporis contra facere vel venire, et predictus Cantor defendere et guarentire predicto Emphiteote predictum Casalinum contra omnem calumniantem et contradicentem personam extraneam vel propinquam Ecclesiasticam vel secularem que pro inde dictum Emphiteotam vel heredes suos presumpserit molestare sub hipoteca omnium bonorum eorum presentium et futurorum et refectione damnorum interesse expensarum litis et extra et sub pena uncie auri unius ad opus Curie et partis predicta servantis a me dicto Notario pro parte Curie sollemniter stipulata et a dictis contraentibus sponte promissa et ea pena soluta vel non predicta omnia et singula rata maneant atque firma. Renunciantes dicti contraentes super hiis exceptioni doli mali metus cause et in factum subsidiarie et omni juri scripto et non scripto Canonico et civili constitutioni et consuetudinario generaliter et specialiter illi Pan. consuetudini que panormitanos cives a penis in iostrumentis appositis liberat cootraentes ac omnibus aliis exceptionibus quibus contra predicta possent se defendere vel tueri. Unde ad futuram memoriam et predicti Cantoris et successorum suorum cautelam presens publicum instrumentum ex inde factum est per manus mei dicti Notarii meo signo signatum mei qui supra predicti Jodicis et sobscriptorom testium subscriptionibus roboratum. Actum Pan. anno die mense et indictione premissis.

† *Ego Facius de Lentino Judex felicis urbis Pan. subscripsi.*

† *Ego Simon de Incisa Canonicus Regie Cappelle Sacri Palacii Pan. testis sum.*

† *Ego Presbiter Petrus de Heraclia interfui testis.*

† *Ego Joannes de Avantagio Clericus Regie Cappelle Sacri Palacii testis sum.*

† *Ego Joannes de Siracusia qui supra Regius publicus dicte urbis Notarius supradicta scripsi et meo signo signavi.*

Testes dominus Simon de Incisa, Presbiter Petrus de Heraclia, Joannes de Avantagio Clericus, Simon de Butera Clericus.

LXXVII.

Instrumentum Ecclesie S. M. de Admirato de censu duarum domorum in contr. Ballaro.

A. 1327.

In nomine Domini Jesu Christi amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo tricentesimo vicesimo septimo mense Martii die quinto ejusdem mensis decime indictionis Regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie illustri Rege Friderico regni ejus anno tricesimo primo et inclito Roge Petro Secundo regni ejus anno sesto feliciter amen. Nos Algerius de Algerio judex felicis urbis Panormi Bartholomeus de Cicella regius publicus predicte urbis Notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod coram nobis de controversia quam vertebatur et verti sperabat inter revereudum virum dominum Ogerium de Verzolio Sacre Cappelle Regii Palatii panormitane urbis Cantorem et Ecclesie Sancte Marie de Ammirato de dicta urbe beneficialem nomine et pro parte dicte Ecclesie ex una parte et Notarium Salernum de Peregrino ac Venutam mulierem jugales cives Panormi nomine suo et ipsum Notarium Salernum patrem et legitimum amministratorem Perrelli et Bartholomei infantium filiorum dictorum jugalium nomine parte ex altera. Ex eoque dictus beneficialis predicto Notario petebat ac se petitum asserebat a jugalibus ipsis apothecas contiguas duas sitas in dicta panormitana urbe in quarterio Albergarie in contrata Ballaro juxta fundacum quondam Notarii Murtii ex una parte et secus fundacum quod olim fuit uxoris magistri Petri de Guirrisio et Thomasii de Giragia filii ejusdem Flordelisie et nunc est syre Perri de Cisario ex duabus partibus et juxta plateam Ballaro ex alia, pertinentes dictis Notario Salerno uxori et filiis titulo venditionis facte de dictis apothecis eidem Notario Salerno tam per dictam Flordelisiam quam per Jacobellum et Paganum fratres filios Flordelisie et quondam magistri Petri de Guirrisio predictorum juxta tenorem publici instrumenti de dicta venditione facti ut constitit ex eodem pretextu quod idem beneficialis asserit tam pro predictis duabus apothecis quam pro supradicto fundaco dicti syre Perri debere solvi eidem Ecclesie Sancte Marie de Ammirato annuum censum tarenorum auri septem et dimidii ponderis generalis et quod dicta servitute dictarum apothecarum non patefacta immo tacita et absconsa dicti Flordelisia Jacobellus et quondam Paganus vendiderunt ipsi Notario Salerno dictas apothecas liberas et expeditas ab onere census et cujuslibet altere servitutis et proinde dictas apothecas cum earum juribus...... revocari ad dominium et proprietatem dicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato et e converso tam dicti Notarii Salerni et uxoris predictis nominibus quam prefata Flordelisia et idem Jacobellus filius ejus opponentes.... dicte petitioni asserebant dictas apothecas......... sed eos in totum fore liberos a predicta et omni altera servitute demum dictus beneficialis................ Sancte Marie de Ammirato dicto nomine dicte sue Ecclesie ex una parte et predicti Flordelisia et Jacobellus quod dictos Notarium Salernum uxorem et filios sed dictam petitionem ratione dicte venditionis defensare tenere ex altera, litis actus dubi...............

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

strepitus ac expensas que in judiciis atque causis fieri solent evitare volentes cum res ipsa dubia et lis intenta dicatur sponte ad hanc transationem seu concordiam et pactum finale voluntario devenere videlicet quod iidem Flordelisia et Jacobellus presente volente et consensiente ad hoc expresse dicto Thomasio de Giragio filio dicte Flordelisie majore annis quindecim ut ipse Thomasius suo nobis probavit assensu et tam ipse quam dicta Flordelisia matre sua tacto libro ad Sancta Dei Evangelia corporaliter juraverunt ex causa dicte transationis seu concordie et pacti finalis dedere et tradidere ipsi domino Ogerio beneficiali dicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato recipienti nomine supradicto Ecclesie ipsius tam dominium directum et proprietatem domus unius et cortilis unius contiguorum sitorum in dicto quarterio Albergarie in dicta contrata Ballaro secus vanellam Ecclesie Sancti Nicolai Grecorum de Chufra ex una parte et juxta cimiterium dicte Ecclesie Sancti Nicolai ex altera parte et secus domum Gracie mulieris uxoris quondam magistri Coste calderarii censuale dicte Ecclesie Sancte Marie ex alia parte et si qui alii ejosdem domui et cortili sunt confines quam domum et cortile dicta uxor dicti quondam magistri Coste ex persona et successione dicti quondam viri sui a predictis Flordelisia Jacobello et Thomasio ex ipsis et successione tam dicti quondam magistri Petri de Guirrisio mariti patris Flordelisie et Jacobelli predictorum quam dicti quondam Pagani alterius filii et heredis dicti quondam magistri Petri tenebant ad annuum censum tarenorum auri duorum ponderis generalis ex emphiteuticatione facta per predictum quondam magistrum Petrum eidem olim magistro Coste pro se et suis heredibus in perpetuum de solo domus et cortilis predictorum ad dictum annuum ceosum tarenorum auri duorum prefatorum juxta tenorem publici instrumenti de dicta emphiteuticatione facta Panormi anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo tertio mense novembris vicesimo octavo ejusdem secunde indictionis per manus Notarii Henrici de Burgio publici Notarii dicte urbis quod censuale predictum tarenorum duorum jam dictorum consensientes se de cetero ipsam domum et cortile nomine dicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato tenere et possidere donec idem beneficialis prefato nomine Ecclesie ipsius acceperit corporalem possessionem domus et cortilis predictorum quam intrandi capiendi et retinendi deinceps videlicet Flordelisia et filii licentiam predicto beneficiali nomine dicte Ecclesie ex conventione dederunt et plenariam potestatem ad habendum tenendum perpetuo possidendum et faciendum pro dicta Ecclesia de dictis dominio et proprietate domus et cortilis predictorum eodemque censuali dictorum duorum tarenorum quem admodum dicte Ecclesie de aliis suis bonis facere licet omniaque jura et actiones reales et personales utiles directas et mixtas competentia et quas competere possunt dicte Flordelisie Jacobello et Thomasio suisque heredibus in dicta domo et cortili et contra dictam Gratiam emphiteotam et suos in perpetuum successores pro exactione dicti annui...................... observatione supradicti contractus emphiteutitii videlicet Flordelisia Jacobellus et Thomasius ex dicta causa dederunt cesserunt et transtulerunt ipsi Ecclesie Sancte Marie de Ammirato eidemque beneficiali competente nomine quo supra Ecclesie ipsius constituentes ipsam Ecclesiam....... es eam in locum suum ut amodo ipsa Ecclesia actionibus utilibus et directis possit nomine suo ex dictis juribus rationibus sibi cessis dictum annuum censum tarenorum duorum exigere et recipere agere experiri excipere et repl............ facere proinde que dictus notarius et filii poterant ante presentem concordiam seu transactionem et pactum promittentes et convenientes per sollemnem stipulationem dicto beneficiali predicto nomine stipulanti dictum dominium et proprietatem...... et predicta jura et actiones ipsi Ecclesie in perpetuum legitime defendere ab

omni calumniante persona extranea et propinqua ea seu .... ex eis a dicta Ecclesia................. judicium dicte cause in se suscipere ipsumque suis sumptibus prosequi et finiri et se etiam facturos et curaturos cum affectu omni exceptione remota quod dictus Notarius Salernus et uxor ejus ex causa venditionis cedent dicto syre Perri de............. odiernum ad tardius jura et actiones competentia eis et dictis suis filiis in dictis duabus apothecis jure dicte venditionis eidem Notario Salerno facte ut supra idemque syre Perri similiter atque .... duas apothecas dicto annuo censu tarenorum septem et dimidii quem hucusque dictus syre Perri solvere consuevit eidem Ecclesie pro supradicto tantum fundaco et constituet se tenere et possidere de cetero ad dictum annuum censum tarenorum septem et dimidii similiter pro indiviso fundacum et apothecas prenotatos et e converso dictus beneficialis predicto nomine Ecclesie prenotate ex dicta causa concordie seu transactionis et pacti predictorum destitit a petitione predicta et remisit eidem Notario Salerno et uxori per se et filiis suis presentibus et stipulantibus a beneficiali predicto omnia jura et actiones si qua competunt et possunt competere eidem Ecclesie in vendicandis ad manus ipsius Ecclesie dictis apothecis pretextu dicte venditionis facte ipsi Notario Salerno de apothecis eisdem ut supra liberans eximens et absolvens ipsos Notarium Salernum uxorem et filios et eorum in perpetuum successores in apothecis ipsis per aquelianam stipulationem et acceptilationem legitime observatam faciens nihilominus exinde ipsis Notario Salerno uxori et filiis et suis in perpetuum successoribus finemque et ationem ultimodam refutationem ad modum et pactum de non petendo, ac cassans et irritans proinde ac in nihilum revocans causas quas olim per dictum beneficialem agitare contra dictum Notarium Salernum uxorem et filios suos, et deinde annullare in curiam preture dicte urbis ex petitione apotecarum duarum predictarum. Sub hac tamen conditione inter dictus concordantes adjecta in hoc contractu expresse, sollemni stipulatione hinc inde interveniente, quod si aliquo futuro tempore, idem beneficialis vel aliquis de successoribus ejus in beneficio dicte Ecclesie, non se tenuerit contentum de dicta concordia, immo aliquatenus molestabit possessorem dictarum duarum apotecarum vel Flordelisiam et ejus filios supradictos pretextu prefato, ipso jure cadat propterea dicta Ecclesia a jure suo quod ipsa ecclesia habet et de cetero habere poterit in dictis censuali, dominio, et proprietate domus et cortilis predictorum. Liceatque proinde predictis Flordelisie et filiis ejus et eorum in perpetuum heredibus, auctoritate propria et sine licentia curie, domum et cortile prefata introire capere et ad eorum dominium et proprietatem libere retinere dictum censuale tarenorum duorum eodemque dominium et proprietatem domus et cortilis predictorum cum juribus et pertinentiis suis, lege, exceptione pena vel defensa aliqua non obstante. Quam concordiam, seu transactionem, pactum finale et omnia et singula supradicta dictus beneficialis predicto nomine dicte Ecclesie eisdem Notario Salerno et Venute jugalibus pro se et dictis suis filiis, ac ipsis Flordelisia Jacobello et Thomasio, et e converso iidem Flordelisia Jacobellus et Thomasius eidem beneficiali nomine dicte ecclesie promiserunt et convenerunt sollemnibus stipulationibus hinc inde interveniehtibus rata habere observare omni venturo tempore per se successores et heredes suos in omne eventum sine aliqua... ... querimonia ac judiciorum strepitu omni libello petitione dilatione exceptione et appellatione remotis. Et per pactum sollemne remissis sub hypotheca bonorum ecclesie Flordelisie Jacobelli...... interesse et expensarum litis et extra eccles..... unciarum auri...... ad opus Curie et partis predicta servantis, per me predictum Not. publicum pro parte Curie sollemniter...... ex conventione, promissis nihilomi-

nus omnibus et singulis in suo robore duraturis. Renunciantes ex predictis omnibus et singulis dicte partes actionibus seu exceptionibus....... consuetudini quam Panormitani cives a penis in instrumentis appositis liberat contraentes in omni jure scripto et non scripto eis et eorum alteri competentibus vel competituris contra promiss......... de facto dictus Thomasius tacto libro ad sancta Dei evangelia corporaliter eidem beneficiali nomine dicte Ecclesie juravit. Unde etc.

† Ego *Algerius de Algerio qui supra judex me subscripsi.*

† Ego *Bartholus de Peregrino testis sum.*

† Ego *Symon de Incisa Canonicus Regie Cappelle Sacri Palacii Panormi testis sum.*

† Ego *Joannes de Avantaggio Clericus Regie Cappelle Sacri Palacii Panormi testis sum.*

† Ego *Angelus de Castilione Clericus testis sum.*

† Ego *Magister Gulielmus de Vita Carpinterio testis sum.*

† Ego *Jacobus Sardus testis sum.*

† Ego *Bartolomeus de Cicella qui supra publicus predicte felicis urbis Panormi Notarius subsripsi.*

Symon de Incisa Clericus, Bartolomeus de Peregrino, Jacobus Sardus Campsor, Magister Guillelmus de vita Carpenterius, Angelus de Castiliono Clericus, et Jacobus de Avantagio Clericus.

LXXVIII.

Instrumentum concessionis cujusd. terrae in contr. Ballaro S. M. de Admirato ad an. censum taren. auri duorum.

A. 1327.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo vigesimo septimo mense martii vicesimo secundo die ejusdem decime indictionis regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie Illustri Rege Friderico regni ejus anno tricesimo primo et inclito Rege Petro Secundo regni ejus anno sexto feliciter amen. Nos Rogerius de Calatabutaro Judex felicis urbis Pan. Jacobus de Petro regius publicus urbis ejusdem Notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod venerabilis vir Dominus Ogerius de Verzolio Cantor Regie Cappelle Sacri Palacii dicte urbis et beneficialis Ecclesie Sancte Marie de Ammirato urbis ejusdem ad nostram accedens presentiam ostendit nobis quoddam publicum instrumentum confectum manu Notarii Henrici de Burgio publici dicte urbis Notarii olim anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo tertio mense Novembris vicesimo octavo ejusdem secunde indictionis. Inter alia continens Magistrum Petrum de Guiresio et Flordelisia Jugales cives Panormi una cum Jacobella et Jacobello eorum filiis dedissent concessissent et traiddissent ad

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

Emphiteosim seu ad annuum censum tarenorum auri duorum ponderis generalis Magistro Coste Caldarario eorum concivi presenti et recipienti ab eis per se et suis heredibus in perpetuum unam partem unius loci ipsorum donatorum existentes retro fundacom eorum situm in contrata Ballaro quarterii Albergarie Panor. secus apothecas eorum donatorum et secus vaoellam Ecclesie Sancti Nicolai Grecorum de Cbufra et plateam publicam de Ballaro et alios confines pro ut hec et alia plenius continentur in instrumeoto predicto, et petiit a nobis nostrorom qui supra Judicis et Notarii in hac parte officium implorando, ut cum sua interest nomine et pro parte dicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato cuique est beneficialis nt supra predictum instrumentum penes se publicatum habere pro eo quod ut asseruit dictus census tarenorum duorum debitorum et solvendorum ut superius dictis Jugalibus pro predicta parte dicti loci olim ut predicitur concessi Magistro Coste predicto per Jugales eosdem ounc est et debetur dicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato ad cujus Ecclesie manum jus dominium et proprietatem de jure et ex justa et legitima causa ipse pervenit seu extitit revocatus, originale instrumentum predictorum de verbo ad verbum juxta sui continentiam nullo in eo mutato addito seu etiam diminuto mei qui sopra Judicis judiciaria auctoritate interposita per me predictum Notarium publicum ad cautelam dicte Ecclesie cujus interest et fidem in posterum ex inde faciendam in formam publicam redigere transcribere deberemus ut sumptom seu scriptum publicum ex inde faciendum eamdem vim habeat quam habere dignoscitur originale instrumentum predictum pro eo quod oportet eumdem dominum Cantorem ut asseruit instrumentum originale prefatum restituere et assignare Gratie mulieri uxori dicti quoodam magistri Coste, que dictam partem dicti loci ad presens tenet et possidet cum onere census predicti eo quod instrumentum ipsum factum est ad cautelam dicti Magistri Coste et heredum suorum per Notarium publicum supradictum penes eamdem Gratiam pro ejus cautela conservandi et custodiendi. Cujus petitione utpote justa et rationi consona per nos admissa quia predictum originale instrumentum vidimus legimus et inspeximus diligenter non abolitum non abrasum non cancellatum non vituperatum nec in aliqua sui parte vitium aliquod imminere; immo in sui prima figura illesum exhistere ac etiam legitime roboratum id circo dictum instrumentum originale de verbo ad verbum justa soi continentiam nullą in eo mutato addito seu etiam diminuto mei qui supra Judicis auctoritate judiciaria interposita per me predictum Notarium publicum ad cautelam dicte Ecclesie cujus interest et fidem in posterum ex inde faciendam, in presentem formam publicam fideliter duximus redigendam et trascribendam. Cujus originalis predicti instrumenti tenor per omnia talis est: In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo tertio mense Novembris vicesimo octavo ejusdem secunde indictionis regnante serenissimo domino nostro Rege Friderico tertio Dei gratia inclito Rege Siciliẹ ducatus. Apulie et principatus Capue regoi vero ejus anno octavo feliciter amen. Nos Leoctus Grillus Judex civitatis Pan. Henricus de Burgio regius publicus ejusdem civitatis Notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur. Quod Magister. Petros de Guirsisio et Florderisia Jugales cives Panor. una cum Jacobella et Jacobello filiis eorum Jugalium qui pennam mei predicti Notarii in preseoti contractu consensus nomine tetigerunt secundum tenorem consuetudinis civitatis Pan. de bona mera et spontaoea voluntate eorum nemine cos cogente nec vi dolo metu vel fraude intervenientibus dederunt concesseroot et tradiderunt ad Emphiteosim seu ad annuum censum Magistro Coste Caldarario concivi eorum presenti et recipienti

ab eis per se et suis heredibus in perpetuum unam partem unius loci ipsorum donatorum exhistentium retro fundacum eorum situm in contrata Ballaro de quarterio Albergarie Panor. secus apothecas eorumdem donatorum et secus vanellam Ecclesie Sancti Nicolai Grecorum de Chufra et plateam publicam de Ballaro, et alios confines illam partem videlicet que descendit a Cantoneria domus ejusdem magistri Coste que est versus predictum fundacum ubsque ad Cantoneriam tabie existentis in vanella predicta dicte Ecclesie Sancti Nicholai et deinde ascendit per murum domorum Ecclesie Sancte Marie de Martorano per murum murum ubsque ad murum Cimiterii dicte Ecclesie Sancti Nicolai de Chufra, et deinde protendit per murum murum domus que fuit presbiteri Michaelis et murum murum domus Joannis de Bentivegna et murum murum predicti Magistri Coste ubsque ad predictam Cantoneriam usque ad finem scilicet ipsius muri, ad rationem scilicet de tarenis aureis duobus per annum solvendis predictis concessoribus et heredibus eorum per eumdem Magistrum Costam et heredes ejus anno quolibet ad faciendum in ipso loco hedificiati beneficia ad opus et pro parte ipsius Magistri Coste heredumque suorum et ad faciendum de eodem loco et in eo totum velle et desiderium suum heredumque suorum dantes et concedentes sibi et heredibus suis amodo et in perpetuum plenam auctoritatem licentiam et liberam potestatem predictum locum cum omnibus beneficiis et meliorationibus per eos et successores eorum in eodem loco faciendis seu facienda ex predicta causa, census seu Emphiteosis, habendi, tenendi possidendi dandi vendendi alienandi permutandi et pro omnia judicandi ac faciendi de eo et in eo totum velle et desiderium suum heredumque suorum absque calumnia contradictione et requisitione predictorum concessorum et heredum eorum aut alicujus alterius persone nomine et pro parte dictorum concessorum salvo in omnibus et per omnia censu predicto eisdem concessoribus per eum et heredes suos annis singulis ut predicitur exolvendo hoc tamen adiecto quod non liceat eidem Magistro Costa heredibus aut successoribus suis predictum locum cum omnibus beneficiis et meliorationibus in eo factis vendere donare seu alienare alicui Ecclesie Curie Comiti Baroni aut alii potenti persone quod etiam si forte predictum Magistrum Costam heredes aut successores suos in soluptione dicti census cessatum fuerit per biennium quod liceat predictis concessoribus heredibus et successoribus eorum predictum locum cum omnibus meliorationibus in eo factis et faciendis ad jus et proprietatem predictorum concessorum heredum et successorum suorum auctoritate propria revocare et si dictus Magister Costa heredes et successores suos dictum locum cum omnibus beneficiis et meliorationibus in eo factis vendere voluerit quod teneatur prius requirere ad eosdem concessores vel successores eorum et si ipsi vel successores eorum emere voluerint quod ipsi Magister Costa heredes et successores ejus teneatur ipsum locum cum omnibus meliorationibus in eo factis vendere pro eo pretio quod sibi ab aliis quibuscumque eis offeretur pro loco ipso cum omnibus beneficiis seu meliorationibus factis in eo minus tamen tarenos auri decem de pretio supradicto. Promiserunt et convenerunt predicti concessores per se et heredes suos predicto Magistro Costa pro se suisque heredibus sollemniter stipulantes predictum locum cum omnibus Juribus rationibus et justis pertinentiis suis sibi et heredibus suis defendere et guarentire ac disbrigare ab omni persona que ipsum heredes vel successores ejus de predicto loco molestare presumpserit de jure vel de facto in judicio vel extra, nec non in concessione et omnia et singula supradicta rata et firma habere et tenere nec contrafacere vel venire in premissis vel aliquo premissorum, sub hypoteca omnium bonorum suorum habitorum et habendorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis et extra et sub pena unciarum auri duarum

ad opus Regie Curie et predicti Magistri Coste et heredum suorum per me predictom Not. publicum pro parte Curie sollemniter stipulata et ab eisdem coocessoribua sponte promissa, ratis maneotibus nihilominus omnibus et singulis supradictis. Reounciantes dicti coocessores super omnibus et singulis supradictis sollemoiter specialiter............... et expresse tam per se quam heredes suos omni beneficio et auxilio Juris Canonici et Civilis omnibus legibus coosoetudioibus imperialibus et regalibus beneficio restitutionis in integrum si locum haberet vel competeret predictis concessoribus vel alicoi eorumdem de Jure vel de facto aliqua ratione vel causa exceptione doli mali metus caussa et in factum deceptione ultra dimidium justi pretii et omnibus aliis viribus quibus contra predicta vel aliqood predictorum venire possent et a solaptione dicte pene se eximere vel tueri et specialiter consuetudine civitatis Panor. que dicit quod pene in iostrumentis apposite non sunt a paoormitanis civibus extorqoende et contra pena soluta vel non omnia et singula supradicta in suo robore perseverent. Unde ad futuram memoriam et tam predicti Magistri Coste quam heredum suorum cautelam presens publicum iostrumeotum sibi exinde factom est per manus mei predicti Notarii publici meo signo solito subscriptione mei qui supra Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimooio roboratom. Actom Pan. aono, mense, die, et indictione premissis. † Ego Leoctos Grillus qui sopra Judex me subscripsi. † Ego Leonardus Clericus de Caputo hujus rei testis sum. † Ego Bartolus de Eraclia me testor. † Ego Cataldus de Protho testis sum. † Ego Simon Carruhella testis sum. † Ego de Florentia testis som. † Ego Andreas Capniterius testis sum. † Ego Petrus Caldararios testis sum. † Ego Joannes de Yscla Caldararius testis sum. † Ego Mattheua de Martiuo Maniscalcus testis sum. † Ego Andreaa de Pattis testis sum, et scribere nescientes per manus predicti Notarii publici nos subscribi fecimus. † Ego Henricus de Burgio qui supra regius publicus ejusdem civitatis Pan. Not. predicta rogatus scripsi et meo signo solito signavi. Unde ad hujus rei futuram memoriam et predicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato cautelam et fidem posterom faciendam presens sumptum seu scriptum publicum de tenore predicti origioalis iostrumenti trasumptum prefato domino Cantori beneficiali dicte Ecclesie nomine et pro parte ejusdem Ecclesie ex inde factum est per manus mei predicti Notarii publici meo solito signo signatum nostrum qui supra Judicis et subscriptorum testiom aubscriptiooibus et testimooio roboratam. Quod aotem abrasum et emendatum apparet sopra in quatragesima secunda linea ubi legitur vel venire abrasum et emendatum est per me predictum Notarium publicum oon vitio seu errore et nihiloroinos pro auteotico babeotor actum in urbe fel. predicta anno mense die et iodictione premissis.

† *Ego Rogerius de Calatabuturo Juris Civilis professor qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Simon de Incisa Canonicus Regie Cappelle Sacri Palacii Pan. predictum originale instrumentum vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Philippus de Marco Sacre Regie Cappelle Sacri Palacii Pan. Cappellanus predictum originale instrumentum vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Petrus Olinna Cathalanus predictum originale instrumentum vidi, legi et me subscripsi.*

† *Ego Joannes de Avantagio predictum originale instrumentum vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Simon de Mentus Caudelarius predictum originale instrumentum vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Jacobus de Petro qui supra Regius publicus felicis urbis Pan. Notarius predicta scripsi meo solito signo signavi.*

LXXIX.

Instrumentum concessionis tabernae in quart. portae Patitellorum pro an. censu taren. auri quinque.

A. 1328.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo octavo mense Junii die quartodecimo ejusdem mensis, undecime indictionis Regnantibus serenissimis dominis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie illustri Rege Friderico regni ejus anno tricesimo tertio, et inclito Rege Petro Secundo regni ejus anno octavo feliciter amen. Nos Matheus Selvaticus Judex felicis urbis Panormi Bartholomeus de Cicella imperiali auctoritate ubique ac regia dicte felicis urbis Judex ordinarius et Notarius publicus, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur. Quod coram nobis Joannes Tallavia civis panormitanus procurator domini Andree de Milite militis et domine Margarite uxoris ejus.......... terre Policii constitutus per dictos dominum Andream constituentem nomine suo et nomine dicte domine Margarite uxoris ejus auctoritate procurationis per ipsam dominam Margaritam....... dicta publica procuratione facta per manus mei dicti Notarii publici olim die vicesimo secundo mensis Decembris proximo preterito hujus indictionis............. auctoritate dicte procurationis pro una medietate et Ylariam mulierem filiam quondam domini......... ut ipsa Ylaria tacto libro ad Sancta Dei evangelia corporaliter juravit suo proprio nomine pro altera medietate sponte vendiderunt Manfredo Buccaordei civi Pan. pro se et suis heredibus in perpetuum tam tabernam unam quam dicti venditores asseruerunt dicti jugales pro una medietate et ipsam Ylariam pro altera medietate tenere et possidere ab Ecclesia Sancte Marie de Ammirato de Panormo ad annuum censum tarenorum auri quinque ponderis generalis et ex una uncia denarii. Quam domum unam soleratam contiguam eidem taberne versus septentrionem quam venditores ipsi dixerunt pertinere ad ipsos jugales et Ylariam pleno jure pro portionibus supradictis liberam et non subjectam alicui servituti sitas in quarterio porte Patitellorum panormitane urbis predicte juxta tabernam magistri Roberti de Storano quam dividit cum dicta domo ex una parte videlicet septentrionis et secus tabernam Nicolay Amirano Tallavia ex altera videlicet occidentis et juxta vias publicas et alteris duabus partibus orientis et meridiei, totas cum omnibus juribus et pertinentiis eorum et cum integro suo statu et cum omnibus et singulis que supra se seu extra vel infra se in integrum continentur omnique jure actione usu dominio et requisitione ipsis jugalibus et Ylarie et eorum heredibus, ex ipsis taberne quam domo et pro eis modo aliquo precurrente omni onere dicti annui census debiti per dictam tabernam eidem Ecclesie ut supra nec non et cum vegetibus triginta, cena una, et tabulis aliquibus veteribus pro palmeto, existentibus in dicta taberna, que bona vendita, videlicet tabernam domum, vegetes, cenam et tabulas dicti venditores constituentes se de cetero nomine dicti Manfredi emptoris possidere donec dictus emptor possessionem dictorum bonorum acceperit corporalem quam intrandi capiendi et retinendi deinceps

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

dicti venditores prefatis nominibus, licentiam eidem emptori ex conventione dedere et plenariam potestatem ad habendum, retinendum perpetuo possidendum, dandum, vendendum, alienandum, et quidquid ipsi emptori et ejus heredibus de dictis venditis bonis et in eis deinceps placuerit perpetuo faciendum predicto censu annuo, et pactis subscriptis eidem Ecclesie semper salvis videlicet quod dictus annuus census solvi debet eidem Ecclesie Sancte Marie de Ammirato pro dicta taberna anno quolibet in perpetuum per dictum emptorem et suos in perpetuum heredes ac quoslibet successores, in festo Assumptionis beate semper virginis Marie: ita quod si in solutione dicti annui census per biennium cessatum fuerit, liceat ipsi Ecclesie auctoritate propria et sine licentia Curie dictam tabernam cum suis juribus et benefactis intrare, capere, et ad dominium, manus, et proprietatem supradicte Ecclesie libere revocare et retinere sibi, non obstante panormitana consuetudine dicente que in hujusmodi revocationibus faciendis ordinario tantum judicio procedi debet: ita quod non sit ipsi emptori heredibus vel successoribus ejus licitum dictam tabernam vendere, permutare, donare, legare, vel aliquo alienationis gravamine alienare alicui fisco, comite, baroni, militi, alteri munasterio, seu Ecclesie, vel potenti persone, ita quod si aliis licitis personis vendere dictus emptor heredes et successores sui dictam tabernam teneatur et debet prius inde requirere dictam Ecclesiam et ipsi Ecclesie tabernam ipsam vendere pro uncia auri una ponderis generalis minus de pretio questus ex ipsius taberne venditione haberi poterit a quocumque si ad dictas requisitiones dicta Ecclesia emere voluerit requisita prius et obventa ex omni ut constitit licentia reverendi viri domini Ogerii de Verzolio Cantoris Sacre Cappelle Palatii dicte panormitane urbis ac Beneficialis dicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato proprietarie supradicte taberne ipsius ibidem presentis et presenti venditioni expresse consentientis pro pretio unciarum auri septuaginta quinque ponderis generalis quas dicto Manfredo emptori predicte hoc petente dominus Thomas predicto nomine procuratoris pro una medietate et ipsa Ylaria suo nomine propio pro altera medietate sponte con'essi sunt se recepisse et habuisse integre a dicto emptore ex causa dicte venditionis renunciantes exceptioni dicti pretii non soluti, non mutuati, non habiti, non recepti. Et promiserunt ac convenerunt iidem venditores prefatis nominibus per sollemnem stipulationem dicto emptori pro se et suis heredibus stipulanti dicta vendita bona cum suis juribus eidem emptori et ejus in perpetuum heredibus legitime defendere guarentire ab omni calumniante persona extranea et propinqua dicta bona vel partem ex eis a dicto emptori vel suis heredibus evincere volente jura dominii vel contractui cum genere aliquo et in causa dicte emptionis dicto emptori et suis heredibus assistere judicium dicte cause in se suscipere ipsumque suis sumptibus prosequi et finire. Et predicta omnia et singula omni venturo tempore pro se et heredibus suis observare in omne eventu et sine aliqua diminutione in pace de plano sine lito et Curie querimonia et judiciorum strepitu: omni libello, petitione, dilatione, mora, et appellatione remotis, et per pactum sollemne remissis sub hypotheca omnium bonorum jugalium et Ylarie predictorum habitorum et habendorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis causa sub pena duplici dicti pretii ad opus Regie Curie et dicti emptoris per me predictum notarium publicum pro parte Curie sollemniter stipulata et a dictis venditoribus dictis nominibus sponte promissa committendo semel et pluries ex conventione: premissis nihilominus omnibus et singulis in suo robore duraturis. Dictus que Thomas Tallavia procurator ut supra promisit et convenit dictis nomine procuratorio et auctoritate per sollemnem stipulationem

dicto emptori stipulanti ut est dictum se faciendum et curandum cum affectu quod dicti jugales venditione et singula prenotata omni venturo tempore rata habebunt et observabunt per se et heredibus eorum sub hypoteca et suum predictis. Et renunciaverunt ex predictis omnibus et singulis dicti venditores actionibus seu exceptione doli mali· metus, et in factum subsidiarie privilegio fori legi si convenit exceptioni deceptionis ultra dimidium justi pretii, illi panormitane consuetudini quam panormitani cives a penis et in instrumentis appositis liberat contrahentes et omni jure scripto et non scripto competentibus vel competituris eis et dictis jugalibus et eorum aliis seu alii......... .... contra promissa vel aliquid promissorum in contractu presenti. Et predicta observare dicta Ylaria tacto libro ad· Sancta Dei evangelia corporaliter eidem emptori juravit. Preterea dicti contraentes.......... .... coram nobis corporaliter ad Sancta Dei evangelia juraverunt quod tantum est in rei vendite pretium dictorum venditorum bonorum quantum superius continetur. Quod autem rasum et emendatum est superius in decima linea ubi legitur soleratam quia per me predictum rasum et emendatum est pro autentico habetur. Unde ad futuram memoriam et dicti emptoris heredum suorum ac ejusdem Ecclesie cautelam facta sunt duo publica consimilia instrumenta unum scilicet presens dicto beneficiali et alterum dicto emptori per me predictum notarium publicum et meo solito signo signatum mei predicti Judicis et testium subscriptorum subscriptionibus roboratum. Actum Panormi anno mense die indictione premissis.

† *Ego Mattheus Salvaticus qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Notarius Petrus de Carastonio de Panormo testis sum.*

† *Ego Balduchu de Plagentino testis sum.*

† *Ego Symon de Incisa Canonicus Regie Cappelle Sacri Palatii Panormi testis sum.*

† *Ego Gulielmus Coppula testis sum et scribere nesciens me subscribi rogavi per notarium publicum supradictum.*

Ego Bartholomeus de Cicella qui supra imperiali auctoritate ubique ac regia dicte felicis urbis Judex ordinarius et notarius publicus rogatus scripsi et meo signo signavi.

† *Dominus Symon de Incisa Canonicus Sacre Cappelle Palatii Panormi, Notarius Petrus Detulento, Rainaldus Tallavia, Mattheus Tallavia, Balducius de Placentino, Notarius Petrus de Carastono, et Gulielmus Coppula.*

LXXX.

Instrumentum donationis factae per Muscatam Eximeno cum onere census taren. duor. solvend. R. Cap.

A. 1329.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo vicesimo nono mense Septembris die primo ejusdem mensis terciedecime indictionis Regnantibus Serenissimis dominis nostris Regibus Sicilie Illustri domino Rege Friderico Regni ejus anno tricesimo quarto et inclito domino Rege Petro Secundo Regni ejus anno nono feliciter amen. Nos Stephanus de Acterio Judex felicis urbis Pan. huic rei sedens pro Tribunali, Joannes de Siracusia regius publicus dicte urbis Notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto donationis publico notum facimus et testamur. Quod pretitulato die Muscata mulier relicta quondam Ypoliti Guarna de Schillacio civis dicte urbis presens coram nobis considerans et attendens grata satis accepta servitia et beneficia que sibi contulit discretus vir Eximenius Peris de Exca familiaris et domesticus serenissimi domini nostri Regis Petri et que sibi confert ad presens et que conferre poterit eidem mulieri idem Eximenius annuente domino in antea gratiora et plena servicia ipsa sit innumerata et incognita pertransire de bona gratuita et spontanea voluntate sua nemine nunc eam cogente non vi dolo metu vel fraude intervenientibus sed omni consilio et provisione munita dedit donavit et habere concessit pure simpliciter et inrevocabiliter ea donacione quam dicitur inter vivos eidem Eximenio tamquam benemerito presenti et recipienti ab ea donacione hujusmodi pro se et heredibus suis in perpetuum omnia bona sua mobilia et stabilia infrascripta videlicet: quoddam cortile domorum situs in quarterio Kalcie dicte urbis in contrata Pissotus secus domum Nicholai de Golisano ex una parte et secus domum Pagani de Millicosi ex alia parte et secus viam publicam et alios confines cum onere census tarenorum duorum solvendorum singulis annis pro eodem cortili domorum in festo Beati Petri de mense Junii Sacre Regie Cappelle Palacii Regii dicte urbis exclusa a donacione hujusmodi de domibus predictis positis in eodem cortili domo una cum quadam parte ejusdem cortili unde dicta domus habet introitum et exhitum suum, que domus fuit quondam Orlandi Sactettarii filii quondam Isolde mulieris quam domum dicta donatrix tenere debet omni in vita sua et post mortem suam redire debet ad dominium et potestatem Cappelle Regie supradicte. Item domum unam soleratam sitam in Cassaro dicte urbis in contrata Sancti Helie sive in contrata domorum quondam domini Riccardi Filangerii juxta domum Petri Schifisi ex una et secus via publica unde dicta domus habet introitum et exitum suum, et si qui alii sunt confines cum omnibus juribus rationibus et pertinentiis earum et cum omnibus et singulis que supra se aut infra se in integrum continentur omnique jure dominio usu vel requisitione eidem donanti ex predictis possessionibus vel pro ipsis modo aliquo pertinentibus seu etiam spectantibus. Item servam unam christianam nigram nomine Joannam de genere agarenorum. Item quatuor boves laboratores munitos cum omnibus guarnimentis eorum. Item Vassella Apum triginta et alia bona ipsius donationis presentia et futura quam habet vel habere

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

possit eadem donatrix ob quacumqne ratione vel causa nec non omne jus et actionem realem personalem utilem et directam qnam habet et babere posset in recuperatione alicujus rei vel juris alicujus sibi debiti vel debendi, reservato tamen eidem mulieri osu fructum omoinm bonorum predictorum toto tempore vite soe et absqoe ad tempus mortis sue retentis tamen per predictam donatricem unciis quatuor ex predictis bonis in fine mortis sue distribuendis per eam pro anima predicti quondam Ypoliti mariti sui reservata etiam eidem donatrici quod si aliquo processu temporis voluerit ipsa dooatrix manomittere et liberare eamdem Joaonam ab omni vinculo et Jugo servitutis quod liceat ei manumittere et liberare servam predictam coodictione aliquà non obstante, tali vero pacto et condictione a dictis inter contrahentes eosdem in donatione hujusmodi quod si Gullelmus filios ipsius donatricis et quondam Henrici Corviserii primi mariti sui quem filium credit esse mortuum propter longam moram quam fecit in partibns Romaoie cootingerit venire ad urbem predictam quod dictus filius ejus habeat et habere debeat medietatem pro indiviso de omnibus boois predictis post murtem ipsius donatricis contingentem eidem filio suo tam jure legitime quam jure soccessionis materne, reliqua vero medietas dictorum bonorum pro indiviso deductis predictis unciis quatuor de omnibus bonis predictis remaneat donatario sopradicto post mortem donatricis predicte dans et concedcos eadem donatrix eidem donatario a tempore mortis ipsius donantis iu antea et in perpetoum omnia bona et predicta presentia et futura habenda tenenda possidenda danda vendenda alienaoda et per omnia judicanda et facienda de eis et in eis totum velle suum et heredum suorum quam donationem et omnia et singula supradicta dicta donatrix promisit et coovenit sollemni stipulationo cidem donatario pro se suisque heredibus sollemni stipulatione rata et firma babere tenere et in nullo contravenire sed donactionem hujusmodi defendere et guarentire eidem donatario contra omnem calumniantem personam intrinsecam vel propinquam sub bipotcca omnium bonorum sunrum presentium et futurorum ac refectione damnorum aut interesse expensarum litis et extra et sub pena onciarum auri decem ad opus Curie et donatarii predicti a me dicto Not. pro parte Curie sollemniter stipulata et a dicta donatrice sponte promissa et ea pena soluta vel non predicta donatio et omnia et supra dicta singula rata maneant atque firma. Renuncians dicta donatrix super iis exceptiooi doli mali metus cause et in factum subsidiarie ac omni juri scripto et non scripto Canonico et civili constitutori et consoetudinario generaliter et specialiter illi Pan. consuetudini quam panormitani cives a penis in instrumentis appositis liberat contrahentes. In viam et vicio ingratitudinis privilegio fori legis Senatus Consulti aoxilio vellejani et epistole divi Adriani beneficio restitutionis in integrum et omni legum et fori auxiliis quibuscumque predicta posset se defendere vel servire. Unde ad futuram memoriam et predicti donatarii heredumque suorum cautelam presens publicum instrumentum ex inde factum est per manus mei predicti Not. meo signo signatum qui predicti Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum: quod autem abrasum et emendatum est in vicesima prima linea ubi legitur melius usufructom omnium bonorum predictorum abrasum et emendatum est per me dictum Notarium non vicio de errore quod oihilominus pro auteotico habeatur. Actum Pan. anno mense et indictione premissis.

† *Ego Stephanus de Acterio de Pan. qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Ogerius de Verzolio Cantor Cappelle Sacri Palacii Regii felicis urbis Pan. testis sum.*

† *Ego Dopnus Eximenius Simon de Exca Regius Cappellanus Mazariensis Canonicus testis sum.*

† *Ego Jacobus de Placea Regie Cappelle Sacri Palacii civitatis Pan. Canonicus testis sum.*

† *Ego Buldronus Archipresbiter terre Calathaphimi testis sum.*

† *Ego Gregorius Orisu et Haculanus testis sum.*

† *Ego Joannes de Siracusia qui supra regius publicus dicte urbis Notarius predicta scripsi et meo signo signavi.*

Testis dominus Ogerius de Verzolio Cantor Cappelle Palacii Pan., dominus Jacobus de Placea, dominus Buldronus, dominus Ximenus de Exca Bilingerius Ogii.

LXXXI.

Instrumentum venditionis domus S. Marie de Admirato in contr. Ballaro cum onere an. census granor. auri decem.

A. 1330.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo mense Januarii die secundo ejusdem mensis terciedecime Indictionis Regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie Illustri Rege Friderico Regni ejus anno tricesimo quarto et inclito Rege Petro secundo Regni ejus anno nono feliciter amen. Nos Judex felicis urbis Panormi Petrus de Callea imperiali auctoritate ubique et regali ejusdem urbis judex ordinarius atque notarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur. Quod magister Bertonus de Montalbano et Amalfitana jugales cives ejusdem urbis et Notarius Adam de Montalbano habitator Petralie inferioris consentiens primo nos Judicem et Notarium cum ex certa ipsius scientia sci......os suos Judicem et Notarium non esse presentes coram nobis sponte cum consensu assensu et voluntate venerabilis viri domini Ogerii de Virzolio cantoris Regie Cappelle Sacri Palacii dicte urbis et beneficialis S. Marie de Ammirato urbis ejusdem ut constitit per quamdam schedam publicam inde factam per manus mei predicti Notarii heri die primo hujus mensis Januarii et eam dederunt et ex ipsa venditionis causa habere concesserunt magistro Henrico de Rayso Pascali autore concivi ipsorum jugalium presenti et ementi per se suis heredibus in perpetuum ab eisdem venditoribus quamdam domum soleratam ipsorum venditorum sitam in quarterio Albergarie ejusdem urbis in contrata Ballaro subscriptis finibus limitatam ipsumque emptorem dicti venditores in corporalem possessionem domus ipsius posuerunt et induxerunt cum omnibus accessibus egressibus juribus rationibus justis et justis pertinentiis et cum onere census granorum auri decem ponderis generalis debitorum et solvendorum pro eadem domo predicte Ecclesie Sancte Marie de Am-

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

mirato anno quolibet in perpetuum de mense Augusti in festo assumptionis gloriossime Virgini Marie et cum hiis omnibus et singulis que supra infra extra et circa dictam domum in integrum continentur omnique jure dominio propietate potestate possessione usu et requisitione eisdem venditoribus ex ipsa domo vel pro ea modo aliquo pertinentibus, seu etiam spectantibus quibus omnibus dicti venditores se sollemniter spoliarunt eaque in dictum emptorem alienarunt et trastulerunt ex causa venditionis jam dicte pro pretio et integro pagamento unciarum auri quatuor et tarenorum quatuor ponderis generalis quas uncias quatuor et tarenos quatuor predictos dicti venditores presentialiter receperunt a predicto emptore ex causa predicta dantes et concedentes nihilominus dicti venditores predicte emptori et suis heredibus plenam licentiam auctoritatem et liberam potestatem in dictam domum cum juribus et pertinentiis suis de cetero habendi tenendi in perpetuo possidendi dandi vendendi alienandi permutandi pro anima judicandi et faciendi ea et in ea totum velle et desiderium suum heredumque suorum absque dictorum venditorum et heredum suorum et alterius cujuscumque persone extranee vel propinque jus et causam ab eisdem venditoribus seu eorum altero habente calumnia et contrarietate salvo in omnibus et per omnia censu predicto et salvis etiam pactis et conventionibus infra scriptis sollemniter coram nobis inter predictos venditores tam eorum nomine quam nomine et pro parte ipsius Ecclesie S. Marie de Ammirato et me predictum Notarium publicum tamquam persona publica stipulantem ex una parto et dictum emptorem ex altera videlicet quod si dictus magister Henricus vel heredes ejus cessaverit seu cessaverint in solutione dicti census per bienninm liceat eidem beneficiali nomine ipsius Ecclesie dictam domum cum juribus et pertinentiis suis auctoritate publica sine Curie licentia et magistratus decreto ad jus dominium et proprietatem dicte Ecclesie libere revocare non obstante in hoc illa panormitana consuetudine que de rebus emphiteoticis specialiter loquitur item quod non liceat eidem emptori nec ejus heredibus dare vendere alienare permutare pro anima judicare seu aliquo alienationis titulo transferre in Ecclesiam monasterium fiscum comitem baronem militem vel potentem aut privilegiatam personam et si quando dictus emptor vel ejus heredes vendere voluerint teneantur prius requirere dictum beneficialem vel successores suos et si dictus beneficialis vel successores sui eamdem domum ad opus dicte Ecclesie emere et habere voluerit teneatur predictus emptor et heredes sui eam vendero dicto beneficiali vel successoribus nomine vel pro parte predicte Ecclesie pro tarenis auri septem et granis decem minus de pretio quod ex venditione ipsius domus haberi potuerit a quocumque emptore. Et facta requisitione predicta si beneficialis et successores sui eam emere noluerit liceat eidem emptori et suis heredibus eam vendere cuicumque eis placuerit cum consensu tamen dicti beneficialis vel successorum suorum et de pretio quod ipse emptor vel ejus heredes ex venditione dicte domus paraverint teneantur et debeant solvere ipsi domino beneficiali vel successoribus suis pro consensu et licentia prestandis in venditione ipsa tarenos auri septem et grana decem ponderis generalis. Dicti vero venditores promiserunt et convenerunt et quolibet eorum in solidum promisit et convenit stipulatione sollemni predicto emptori sollemniter stipulanti dictam domum cum juribus et pertinentiis suis semper eidem emptori et suis heredibus legitime defendere guarentire et excalumpniare ab omni calumpniante persona et molestante extranea vel propinqua publica seu privata que ipsum emptorem vel suos heredes occasione predicte domus vel partis ipsius in judicio vel extra molestare presumeret vel impetere attenptaverit. Quam venditionem et omnia et singula supradicta dicti ven-

ditores et predictus emptor promiserunt et convenerunt ad invicem stipulatione sollemni pro se et heredibus eorum videlicet dicti venditores predicto emptori pro se et suis heredibus et dictus emptor predictis venditoribus et mihi notario publico tamquam persone publice nomine ipsius Ecclesie sollemniter stipulantibus rata et firma habere tenere et observare et facere inviolabiliter observari et attendi et contra ea vel eorum aliquid nullatenus facere seu venire aliqua ratione vel causa sub hypoteca omnium bonorum eorum presentium et futurorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis et extra et sub pena unciarum auri quatuor ad opus curie et partis predicta servantis per me predictum notarium pro parte curie sollemniter stipulata et ab eisdem partibus sponte promissa. Renuntiantis per predictos venditores et emptorem sollemni stipulatione et expresse omnibus juribus et legibus scriptis et non scriptis generalibus et particularibus canonicis et civilibus constitutionibus imperialibus et regalibus novis et veteribus omni fori privilegio et lege *si convenerit*, consuetutinibus omnibus dicte urbis et illa specialiter panormitana consuetudine dicente *quod pene in instrumentis apposite non sint a ponormitanis civibus extorquende:* nec non actionibus et exceptionibus doli mali metus causa et in factum subsidiaria rei non sic geste et qualibet alia extanti ac exceptione deceptionis ultra dimidium justi pretii et dictam Amalfitanam specialiter senatus consultus Velleyani auxilio jure hypothecarum beneficio restitutionis in integrum et omni alii legum et canonum auxilio certiorata prius per me predictum notarium dicta mulier de omnibus et singulis supradictis quibus vel eorum aliquo dicti contrahentes contra premissa vel aliquid premissorum facere seu venire possent et a solutione predicte pene et observatione omnium promissorum se exhimere vel tueri pena vero predicta soluta vel non predicta omnia et singula rata maneant atque firma. Fines predicte domus sunt hii ab una parte est domus Ecclesie S. Marie de Ammirato ab alia parte est fundacus seu taberna Benedicti de Roberto Separio ab alia parte est cortile filiorum et heredum quondam Perri de Cisario ab alia parte est via publica unde predicta domus habet introitum et exitum suum et si qui alii sunt confines. Unde ad futuram memoriam et predictarum Ecclesie S. Marie et magistri Henrici et heredum suorum scripta per manus mei predicti notarii mei qui supra judicis subscriptione et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum.

† *Ego Symon de Esculo qui supra judex me subscripsi.*

† *Ego Notarius Jacobus de Petro testis sum.*

† *Ego Magister Joannes de Chiminna corbiserius testis sum.*

† *Ego Petrus de Callea qui supra imperiali auctoritate ubique et regali ejusdem urbis judex ordinarius atque notarius publicus predicta rogatus scripsi et meo signo signavi.*

Testes sunt Henricus de Vigitimilliis, Notarius Jacobus de Petro Joanne de Jannisio, magister Joannes de Chiminna corbiserius et Venutus de Presbitero.

LXXXII.

Protestatio Cantoris Canonicorum et Clericorum Palat. Capellae adversus visitationem Damiani de Palicio Capellani majoris.

A. 1332.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo trigesimo secundo, mense Madii duodecimo ejusdem quinte decime Indictionis Regnantibus serenissimis Dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie Illustri Rege Friderico Regni ejus anno trigesimo septimo et inclyto Rege Petro secundo Regni ejus anno duodecimo feliciter amen.

Nos Rogerius de Calatabuturo Judex Felicis Urbis Panormi, Bartholomeus de Puteo regius publicus Urbis predicte Notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter, et rogati presentis scripti publici serie notum facimus et testamur quod Reverendissimus Ogerius de Virzolin Cantor Regie Cappelle Sacri Palatii dicte Urbis nos ex parte regia requisivit ut una secum in dictam Cappellam deberemus personaliter conferre, mandare, et in forma publica redacturi quasdam protestationes in scriptis nobis offerendas, et faciendas per dictum Cantorem, tam pro se, quam nomine, et pro parte omnium Canonicorum, et Clericorum Cappelle ipsius domino Damiano de Palitio (2) Magistro Cappellano domini nostri Regis volenti visitare Cantorem Canonicos, et Clericos ante dictos, suis requisitionibus annuentes una secum ad dictam Cappellam nos contulerimus personaliter et nobis ibidem presentibus dicto Cantori, dum dictus dominus Damianus eos visitare vellet, nobis obtulit protestationem suam in scriptis subscripti tenoris, et requisivit nos, qui supra Judicem et Notarium nostrum in hac parte officium implorando, et ipsam protestationem in formam publicam judiciaria auctoritate interposita per manus mei predicti Notarii ad cautelam dictorum Cantoris, Canonicorum, et Clericorum, et fidem in posterum faciendam, predicti autem Cantoris, Canonicorum, et Clericorum nominibus, quibus supra requisitionibus justis utpote annuentes predictam protestationem ad eorum cautelam et fidem in posterum faciendam judiciaria auctoritate interposita per manus mei predicti Notarii publici in formam presentem publicam duximus redigendam, cujus originalis protestationis tenor per omnia talis est: dominus Ogerius de Virzolio Cantor Cappelle Sacri Palatii Regii civitatis Panormi tam pro se, ratione sui officii Cantorie predicte, quam pro supradicta Cappella, nec non pro omnibus Canonicis, et Clericis ejusdem Cappelle protestatur, et dicit, quod cum venerabilis, et reverendus dominus Damianus de Palitio juris civilis professor, et Magister Cappellanus Regie Cappelle serenissimi domini nostri Regis Consiliarius, et Familiaris ejusdem domini nostri Regis accesserit ad prefatam Cappellam Sacri Palatii supradicti animo, et proposito, ut asseruit visitandi dictam Cappellam, inquirendi, et corrigendi excessus predictorum Cantoris, Canonicorum, et Clericorum ratione officii sui predicti Magistri Cappelle domini Regis, quod officium visitandi, inquirendi, et corrigendi predictus Cantor, tam

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

(2) Messanensis fuit Juris Civilis professor Regni Siciliae Logotheta, et Cancellarius. Dichiara *de Cap. Reg.* pag. 181.

pro se, quam pro omnibus Canonicis, et Clericis supradictis negavit, et negat ad dictum dominum Damianum tamquam ad Magistrum Cappellanum pertinere de jure; verum quia de voluntate, et mandato predicti domini nostri Regis Friderici, cui subest eadem Cappella procedit, quod dicta visitatio, inquisitio, et correctio predictorum Cantoris, Canonicorum, et Clericorum fiat per eumdem dominum Damianum in Cappella ipsa, et sic non ratione sui officii supradicti propter quod nullam jurisdictionem habere potest predictus dominus Damianus in Cantorem, Canonicos, et Clericos supradictos, sed ex delegata auctoritate procedere videtur ad inquisitionem, visitationem, et correctionem supradictas, idcirco predictus Cantor ob reverentiam Sacre Regie Majestatis tunc residentis in civitate Panormi consensit visitationi, et inquisitioni supradictis, ac protestatione premissa, quod si officium predictum visitationis, et inquisitionis de jure non competat predicto domino Damiano ratione sui officii supradicti Magistratus Cappellanie domini nostri Regis, ex predicta visitatione nullum prejudicium tam dicte Cappelle Sacri Palatii Regii supradictis Cantori, Canonicis, et Clericis ejusdem Cappelle, et eorum successoribus generetur, nec etiam dicto domino Damiano tamquam Magistro Cappellano, vel ejus successoribus in dicto officio Magistratus Cappellanie proinde in supradicta Cappella jus aliquod adquiratur (3). Cumque ad futuram memoriam in predictorum Cantoris, et Canonicorum cautelam presens publicum instrumentum protestationis ejus exinde factum est per manus mei notarii publici meo solito signo signatum, mei predicti Judicis, et subscriptorum testium subscriptionibus, et testimonio roboratis. Factum in Urbe predicta anno, mense, et indictione premissis.

† *Ego Rogerius de Calatabuturo Juris civilis Professor qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Orlandus de Brunello Clericus de Messana testor.*

† *Bartholomeus de Puteo qui supra Regius publicus Urbis predicte Notarius predicta scripsi, et meo solito sigillo signavi.*

Dominus Alphonsus Friderici, Frater Jacobus de Platea, Frater Jacobus de Nicosia, Reverendus Cappellanus dominus Alexander de Cristaino, Bernardus Oliverii, Presbyter Joannes de Busignano, Presbyter Petrus Jacobi Vinturino, Orlandus de Brunello, Dominus Jacobus de Platea, Dominus Rogerius Catta, Philippus de Forci, Presbyter Philippus Marco.

(3) Capellano Majori Capelle Regis veri nominis ordinario congruebat jus visitandi Regiam Capellam quae erat ejus ovis, obreptos in ea abusus reformandi, non aquidem ex mandato Regis hoc est ex delegata et vicaria jurisdictione, sed tamen ex officio, cui episcopalis cura inerat, atque adeo proprio et ordinario jure, ut ab ipso Damiano de Palitio exprese in hoc loco legitur in ipsa Canonicorum protestatione. *Igitur ecquis reprehensione dignos*, ait Dichiara, *non facile existimaverit Cantorem et Canonicos qui Damianum de Palitio non uti Magistrum Capellanum visitatorem ordinarium se admittere protestati sunt?* De Capella Regis pag. 66.

LXXXIII.

Instrumentum annui census tarenor. auri septem unius domus in contr. Portae Trabuchetti ad Reg. Canon. pertin.

A. 1332.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo tricesimo secundo mense Madii die vicesimo tertio ejusdem mensis quintedecime indictionis Regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie illustri Rege Friderico regni sui anno tricesimo septimo et inclito Rege Petro Secundo regni sui anno undecimo feliciter amen. Nos Jacobus de Cisario Judex felicis urbis Panormi Petrus de Carastono regius publicus totius Insule Sicilie Notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod dominus Nicolaus de Benevento Clericus Sacre Regio Cappelle ac Canonicus Regii Palatii felicis urbis Panormi et Notarius Symon de Corsibili civis dicte urbis presentes coram nobis exposuerunt quod cum olim lis questio et controversia verteretur inter eos coram Vicario reverendi patris et domini domini panormitani Archiepiscopi super eo videlicet quod dictus dominus Nicolaus petebat ab eodem Notario Symone quoddam tenimentum domorum situm in dicta urbe in contrata porte Trabuchetti (2) in sera buali scilicet domum Nicolai de Mirindina ex una parte et secus cortile domorum sororis Agate de Contranguerra et secus viam publicam unde habet introitum et exitum suum et si qui alii sunt confines tamquam spectans ad suum canonicatum dicti Sacri Palatii propter canonem non solutum per eumdem Notarium Symonem. Et in ipsa questione processum extiterit in contumaciam ipsius Notarii Symonis ob quam dictus Notarius Symon extitit condemnatum ad restitutionem dicti tenimenti domorum faciendam dicto domino Nicolao ratione dicti sui canonicatus et in possessione ipsius tenimenti domorum idem dominus Nicolaus judicatus est ut ipse partes asseruerunt et confitentur. Tandem reverentia et honore Regie Majestatis hec mandantis ad petitionem ejusdem Notarii Symonis dictus dominus Nicolaus dictum mandatum observare cupiens dicto Notario Symoni et suis heredibus dictum tenimentum domorum ratificat et confirmat sicut ex antiquo consensum extitit et sicut idem Notarius Symon tenimentum ipsum domorum tenebat et tenet juxta tenorem infrascriptorum ejusdem Notarii Symonis. ita tamen quod dictus Notarius Symon ex nunc et in antea per se et heredes suos promisit et convenit ac se sollemniter obligavit dicto domino Nicolao per se et suis successoribus sollemniter stipulanti nomine dicti canonicatus dare solvere tradere et integrum assignare eidem domino Nicolao et suis successoribus anno quolibet census nomine pro dicto tenimento domorum tarenos auri septem ponderis generalis solvendos eidem domino Nicolao et suis successoribus per eundem Notarium Symonem et heredes suos anno quolibet in festo assumptionis gloriose beate Marie semper Virginis de mense Augusti. Item si forte dictus hemphiteota heredes et successores ejus cessaverint in solutione dicti census biennium per biennium quod liceat et licitum sit eidem domino Nicolao et successoribus suis dictum tenimentum domorum libere revocare proibitione seu defensa aliqua non obstante nec illa consuetudine dicte urbis qua cavetur quod bona ecclesiastica

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

(2) *Judaica*, etiam a Judeis qui in vicis proximis habitabant, dicta. In nota 19 ad Fazellum, dec. 1, l. 8.

a detentoribus eorumdem revocari non possunt nisi tantum jure ordinario sue consuetudini dictus hemphiteota nunc prout est nunc renunciavit expresse animo prejudicandi sibi. Item non liceat nec licitum sit dicto hemphiteote heredibus et successoribus suis dictum tenimentum domorum aliquo alienationis titulo a se transferre in curiam seu fiscum, comitem, baronem, militem vel potentem personam nec in alteram ecclesiam. Et si ipsum tenimentum domorum vendere voluerint quod teneantur primo requirere dictum dominum Nicolaum vel successores ejus et si ipse vel successores ejus ipsum tenimentum domorum emere voluerint quod habeant ipsum ante omnem emptorem minus tarenos quindecim de eo pretio quod inveniri poterit ex eodem a quocumque emptore: quam transactionem et confirmationem et omnia et singula supradicta promiserunt ipse ambe partes attendere et observare et in nullo contrafacere vel venire sub bypotheca bonorum ipsius hemphiteote et prefati beneficialis et sub pena unciarum auri duarum ad opus curie et partis servantis predicta a me predicto notario publico pro parte curie sollemniter stipulatum et ab eisdem partibus sponte promissum rato manente contracto predicto qua pena soluta vel non presens contractus in suo robore perseveret et debeat perdurare. Renunciantes super his omnibus et singulis actionibus et exceptionibus doli mali, metus causa et infactum subsidyario aliquo privilegio fori, et legi si *convenit* nec non constitutionibus imperialibus regalibus novis et veteribus nec non jure canonico et civili consuetudinibus privilegiis papalibus et regalibus indultis ac etiam indulgendis et aliis quibuscumque jure scripto quibus vel quorum aliquo aliquo dicte partes vel eorum altera possent seu posset contra predicta vel aliquid predictorum modo aliquo facere vel venire seu modo aliquo adjuvare nec non et illi panormitane consuetudini qua cavetur quod pene in instrumentis apposite non sunt a panormitanis civibus extorquende. Quod autem supra in vicesima secunda linea abrasum et emendatum apparet ubi legitur. *Item si forte dictus hemphiteota heredes* illud abrasum et emendatum est per me predictum Notarium non vitio sed errore quod pro autentico habetur. Unde ad futuram memoriam et tam dicti domini Nicolai quam successorum suorum cautelam presens publicum instrumentum exinde factum est per manus mei predicti Notarii publici meo signo signatum mei qui supra judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. Quod autem abrasum et emendatum apparet supra in quatragesima secunda linea ubi legitur *cautelam presens publicum instrimentum exinde* et in quatragesima tertia linea ubi legitur *meo signo signatum* illud abrasum disturbatum et emendatum est per predictum Notarium publicum quod pro autentico habeatur. Actum in dicta urbe felici Panormi anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Jacobus de Cisario qui supra judex subscripsi.*

Ego Bernardus Claverii Marariensis canonicus et decanus testis predictis interveni.

† *Ego Mattheus de Gilberto testis sum.*

† *Ego Bartolomeus de Benevento testis sum.*

† *Ego Jacobus de Converinsio testis sum.*

† *Ego Petrus Carastono qui supra regius publicus Insule Sicilie notarius rogatus scripsi et meo signo signavi.*

Bernardus Claverii, Petrus de Deumiludedi, Bernardus de Curtanibus, Matheus Corsibilis, Matheus de Gilberto, Bartolomeus de Benevento, Jacobus de Converinsio.

LXXXIV.

Inventarium Ecclesiae S. Marie de Admirato instante Og. de Verzolio Cantore R. Cap. et ejusd. Eccl. beneficiali.

A. 1333.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo tricesimu tertio mense Septembris die septimo ejusdem secunde indictionis Regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie illustri Rege Friderico Regni ejus anno tricesimo octavo et inclito Rege Petro Secundo regni ejus anno tertio decimo feliciter amen. Nos Stephanus de Actio Judex felicis urbis Panormi anni nuper elapsi prime indictionis, uondum creatis in eodem officio successoribus nostris, Henricus de Menna regius publicus ejusdem urbis Notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter, et rogati presentis scripti publici serie notum facimus et testamur, quod presbiter Jordanus de Bruzzano statutus in Ecclesia S. Marie de Ammirato Panormi per circumspectum virum dominum Ogerium de Verzolio Cappelle Sacri Regii Palatii felicis urbis Panormi Cantoris, et beneficialis Ecclesie memorate volens de bonis Ecclesie memorate facere inventarium, et habere sub inventario publico ad cautionem Ecclesie memorate presente volente instante ac etiam petente eodem circumspecto viro domino Ogerio sponte professus est, se invenisse recepisse, et habuisse, ac habere in bonis, et de bonis dicte Ecclesie assignatis sibi per eumdem beneficialem res et bona subscripta videlicet: Cassiam unam de nuce ad pedes, baucum unum ad arma de Tallavia (2); item scalam unam duplicem; item scannellum unum pro sancto altari pro libro tenendo; item gradum unam de ligno pictam ad arma domini Regis existentem supra altare majus; item casubulam unam de sammito jalino, et aliam de samito rubro. Item aliam casublam de panno lineo livido; item pallium unum de seta jalina pro altare magno; item frontale unum de auro ad imaginem S. Marie cum tobalea sua laborata ad listas de seta; item cappam unam de panno aureo; item glimpam unam parvulam de seta viridi cum listis de auro; item aliam glimpam de seta virgata; item tobaliam unam cum octo listis de seta, que pendet super icone Beate Marie; item tobalias tres que stant super aliis tribus iconis Beate Marie; item geraldellum unum; item casupulam unam de lino villosam, albam cum camiso, dimidio manipulo, stola et cingulo que emit dictus Cantor; item ypopodia duo (3), unum de samito albo, aliud de samito rubro.... laboratum ad aurum; item tobalias quinque pro altaribus; item tobalias duas cum listis de seta; item pallium unum de cathasamito rubro, quod stat in altari sancti Joachim; item aliud palium virgatum de seta quod stat in altari sancte Anne; item pallium unum de auro quod dedit dominus Rex pro altari sancte Marie; item frontale unum de frisis altaris ejusdem; item stolam unam de cindato rubeo; item ypomanica duo, unum rubeum, et aliud de virgato; item antimissum unum de seta violata; item calicem unum do argento deaurato; item calices de stagno duos, item yconam unam cum quadam cruce, cum perlis munitam de ere deaurato, in qua sunt de ligno domini, et reliquie

(1) Ex Tabular. Mss. Ecclesiae S. M. de Admirato in Bibl. pub.

(2) Illustris et perantiqua est Tallaviae familia panormit. ex qua Bartholomeus Miles fuit primus Baro Castriveterani ex concessione Friderici II an. 1299. Vid. Villabianca *Sicil. Nobile* tom. II.

(3) Tapetum.

decem sanctorum videlicet Christophori, Macarii, Egyptialis, Tecle Virginis et Martiris, Clementis, Georgii, Silvestri, Pantaleonis, Gregorii Mirabilis, et Beato Catharine Virginis; item yconas duas de ero pro sponsis benedicendis; item sichitellium unum de ero albo; item spongias de ferro; item candelabra parva duo de ere; item candelabra duo magna de ere; item alia duo candelabra magna de metallo; item thuribulum unum de ero albo, item os unum reliquiarum S. Johannis Crisostomi cum cassitella de ligno; item duas cassitellas alias de ligno; item yconas tres de opero zamiti in lapide; item yconas de opere musivo subtili quatuor; item yconam unam Sancte Marie, quam pinsit Beatus Lucas cum .... una rubea de seta et tobalea cum listis de seta super ipsam yconam; item yconas duas magnas S. Marie cum pedibus; item aliam yconam Sancte Marie cum Crucifixo a tergo; item alias yconas S. Marie cum filio; item alias yconas S. Marie similes, in quarum una est ycona domini admirati, et alia uxoris ejus; item alias yconas S. Marie existentes in altari S. Joachim; item in eodem altari yconam unam Salvatoris.

Libros etiam S. Marie de Ammirato. Evangelistaria duo unum quod vocatur...... et aliud eglogarum, epistolarium unum, stiphanarium unum (4); item missam S. Basilii in circulo cartarum pergamini; item missam unam S. Johannis Chrisostomi in alio circulo, item Missale unum in cartis bombicinis; item locatarium unum; item hierologium unum; item Cathanidacum unum, Eulogium unum, Psalterium unum, Exitemera tria, unum videlicet, de B. Basilio, et alii duo de B. Johanne Chrisostomo; Ariasticorum unum cum panichirico S. Gregorii Theologi; mitaphrastia duo de mense Septembris, quo alio nomine dicuntur Ananastica; item de mense Octobris alia duo Ananastica; item alia duo de mense Novembris; item alia duo de mense Decembris; item unum aliud de mense Januarii; item de mense Februarii unum; item de mense Martii unum; item de mense Aprilis unum; item de mense Madii unum; item de mense Junii unum; item de mense Augusti unum; item Xinassarium unum (6); item homilias super quatuor Evangelistas; item Triodia duo (7); item tipicum unum (8); item rollum unum de consecratione Ecclesiarum; item quaternos alios tres .... de officio B. Marie latinos; item acta Apostolorum, et epistole Pauli in uno volumine, quod fuit domine Imperatricis Constantie filiae domini Imperatoris Friderici; item manualia duo in latino; item testamentum unum sacerdotale, quod fuit presbiteri de Monopulo novum, et grossum videlicet casulam, smictum, albam, stolam, manipulum de stamigna rubea; item campana duo erea; item lagenam de terra unam viridem; item.......... unam de metallo; item campanellam unam parvulam de corpore Christi, quo pendet justa altare magnum. Item campanas quatuor positas in campanili, videlicet duas majores, et duas minores; item sedes duas; item pulpitum unum sive littirinum; item Crucifixum unum de ligno de opere pretioso, scilicet ligno crucis viridi; item tappetum unum parvum vetus; item libros quatuor Evangeliorum in literis grecis in cartis de pergameno; item Missale unum notatum. Unde ad futuram memoriam, et predicte Ecclesie cautelam presens publicum instrumentum inventarii unum eidem Cantori factum est et per manus mei Notarii publici meo signo signatum, nostrisque qui supra Judicis, et subscriptorum testium subscriptionibus testimoniis roboratum. Actum in urbe felicis Panormi. Anno, mense, die, et indictione premissis.

† *Ego Stephanus de Actio de Panormo Judex.*

(4) Rituale Sacram: matrimonii, sic dictum a corona sponsali.

(5) Legendarium.

(6) Collectio Vit. Ss. Patrum.

(7) Officium recitari solitum a Septuag. ad Sab. S.

(8) Liber in quo declaratur rubrica.

LXXXV.

Instrumentum venditionis domus in quarter. Kalcae pro pretio unciarum auri duarum.

A. 1333.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo tricentesimo tricesimo tertio mense Novembris sexto die ejusdem mensis secunde indictionis Regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie illustri domino Rege Friderico regni ejus tricesimo octavo anno tricesimo octavo, et inclito domino Rege Petro Secundo regni ejus anno tertiodecimo feliciter amen. Nos Mattheus de Sergio Judex felicis urbis Panormi. Rogerius de Vipera de Panormo regius publicus urbis ejusdem Notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati, presenti scripto publico notum facimus et testamur quod Orlandus de Thimis, et Albamunti mulier Jugales cum consensu et voluntate Albegratie filie eorumdem jugalium majoris annis quatuordecim nec non Adilicie Jolunti, et Altadone minorum filiorum dictorum Jugalium tangentium pennam mei predicti Notarii consensus nomine secundum consuetudinem dicte urbis presenti contractu sponte jure proprio vendiderunt et ex scriptura publica venditionis tradiderunt, et assignaverunt per corporalem possessionem venerabili viro domino Ogerio de Virzolio Cantori Cappelle Sacri Palatii Regii dicte felicis urbis Panormi ementi et recipienti per se suisque heredibus in perpetuum domum unam soleratam cum cortili sitam, et positam in quarterio Kalce urbis predicte secus domum Matthei de Petralia ex una parte, et secus domum Rose mulieris de Juxitha ex altera, et secus domum Simonis de Castrojoannis, et domum Raynerii de Mazaria ex alia et secus rugam publicam, unde dicta domus habet introitum et exitum suum, et alios confines, liberam et exemptam ab onere census, et a quolibet alterius servitutis cum omnibus juribus rationibus et pertinentiis suis et cum omnibus et singulis que supra intra seu infra se in integrum continentur omnique jure usu dominio et proprietate ad ipsam domum spectante, ad habendum de cetero tenendum possidendum dandum vendendum alienandum permutandum, et per omnia judicandum ac faciendum in ea et ex ea totum velle, et desiderium suum heredumque suorum pro pretio unciarum auri duarum ponderis generalis, de quibus dicti venditores presentialiter receperunt, et integre habuerunt unciam auri unam ab eodem emptore per omnia predicta, et reliquam unciam auri ratione predicta emptor promisit, et convenit dictis venditoribus sollemniter stipulantibus tradere solvere et assignare eidem seu alii pro parte predicta in festo nativitatis Dominice proximo venturo presentis secunde indictionis in pace, et de plano et sine strepitu judicii. Quam quidem venditionem domus predicte et omnia suprascripta et infrascripta, predicti contrahentes promiserunt convenerunt stipulatione sollemni alter alterius sollemniter stipulanti rata et firma habere tenere attendere, et inviolabiliter observare et non contra facere et venire de jure vel de facto aliqua ratione vel causa, et dictos venditores predictorum domorum cum juribus et rationibus suis omnibus suis omnibus supradictis defendere et guarentire ab omni calupniante persona extranea vel propinqua publica vel privata ecclesiastica vel seculari sub hypoteca omnium bonorum suorum habitorum et habendorum, ac refectione dam-

(1) Ex autogr. in R. Cap. servato.

norum interesse et expensa, et litis reparatione, et sub pena duplicis pretii solvendi ad opus Curie recipientis per me predictum Notarium publicum, pena ipsa pro parte ipsius Curie sollemniter stipulata, et a predictis contrahentibus sponte promissa, qua pena soluta vel non presens contractus in suo semper robore perseveret, renunciantes venditores prefati sollemniter omnibus et singulis conditionibus sponte sollemniter et expresse actionibus seu exceptionibus doli mali metus causa, et in factum subsidiarie rei non sit geste conditioni indebitorum et sine tam legi deceptionis ultra dimidium justi pretii beneficio restitutionis in integrum Senatus Consultus Vellejano privilegio fori, et legi si convenerit et omni juri scripto et non scripto canonico et civili, et specialiter illi Panormi consuetudini qua cavetur quod panormitanos cives a penis in instrumentis appositis liberat contrahentes quibus etiam promissa vel aliquod promissorum venire possent et objicere vel obstare ac se defendere aut tueri. Unde ad futuram memoriam et predicti domini Cantoris heredumque suorum cautelam presens publicum instrumentum sibi exinde factum esse per manus mei Notarii publici supradicti signo meo solito signatum mei qui supra Judicis, et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. Actum Panormi anno, mense, die, et indictione premissis.

† *Ego Judex Mattheus de Sergio qui supra judex me subscripsi.*

Ego Rogerius de Vipera de Panormo qui supra regius publicus urbis predicte Notarius predicta rogatus scripsi, et signo meo solito signavi.

Testes dominus Symon de Incisa Canonicus, presbiter Nicolaus de Melfio, presbiter Philippus de Marco, presbiter Gullelmus de Angelo, et presbiter Nicolaus de Gorgona.

LXXVVI.

Instrumentum obligationis Pernae pro solvendo an. censu tareni unius auri domus R. Cap.

A. 1133.

In nomine Domini nostri Jesu Christi amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo tricesimo tercio mense Decembris quarto die ejusdem mensis secunde Indictionis Regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie illustri domino nostro Rege Friderico regni ejus anno tricesimo octavo et inclito domino Rege Petro Secundo regni ejus anno tercio decimo feliciter amen. Nos Mattheus de Sergio Judex felicis urbis Pan. Rogerius de Vipera de Pan. regius publicus urbis ejusdem Notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur. Quod cum Perna mulier uxor quondam Pagani Milicosi una cum Bartholo filio eorumdem olim jugalium teneret et possideret quamdam domum sitam in quarterio Galke dicte urbis in ruga majori prope Pissotthum secus alias domus et introitum earumdem domorum dicte Perne ex una parte, et secus domum seu cortile Eximenis Peris de Cassida Aragonensis ex altera, seu duabus partibus viam publicam et alios confines olim concessam predicto Pagano viro dicte Perne et patri

(1) Ex antegr. R. Cap.

dicti Bartholi per venerabilem dominum Ogerium de Verzolio Cantorem Cappelle Sacri Palacii Regii predicte urbis Pan. ad emphiteosim sive ad anuuum censum granorum decem ponderis generalis anno quolibet solvendorum dicto Cantori et successoribus suis per predictum Paganum et heredes suos in festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli quod celebratur de mense Junii sub certis pactis et condictionibus habitis sollemniter et firmatis inter dictum Cantorem et Paganum predictum pro ut in quodam publico instrumento ex inde facto per manus quondam Notarii Joannis de Syracusia regii publici ejusdem urbis Notarii de concessione census predicti asseruerunt plenius contineri de qua soluptione dicti census granorum decem predictorum pro domo predicta, dicta Ecclesia seu Cappella S. Petri hactenus decepta extitit quodammodo ut asseritur. Tandem predicta Perna agnoscens bonam fidem et accipiens adhibere anime sue et predicti Pagani olim viri sui remedium salutare non obstante concessione predicta olim facta per dictum Cantorem Pagano prefato et Bartholus Clericus filius dicte Perne in nostri presentia constituti sponte et de eorum grata et spontanea voluntate promiserunt et convenerunt per se suosque heredes stipulatione sollemni predicto domino Cantori per se suisque successoribus ac Cappella predicta sollemniter stipulanti exhibere solvere et assignare eidem Cantori suisque successoribus seu certo eorum nuncio et procuratori tarenum unum ponderis generalis in festo Beatorum Petri et Pauli quod celebratur de mense Junii ut prefertur anno quolibet exolvendus pro censu domus predicte pactis et conventionibus semper salvis permanentibus in predicto instrumento concessionis prefate contentis ratione census predicti in omnem eventum et sine aliqua diminutione in pace et de plano sine lite ac judiciorum strepitu omni libello petitione dilacione et appellatione remotis et per pactum sollemne remissis sub hipoteca omnium bonorum suorum habitorum et habendorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis et extra et sub pena unciarum auri uuius ad opus Curie et partis per me predictum Notarium publicum pena ipsa pro parte Curie sollemniter stipulata et ab eisdem matre et filio sollemniter stipulata et promissa qua pena soluta vel non presens contractus in suo semper robore perseveret, renunciantes dicti Perna et Bartholus super omnibus et singulis antedictis sponte sollemniter et expresse actionibus seu exceptionibus doli mali metus causa et infactum rei non sic geste condictioni indebite et sine causa beneficio restitutionis in integrum Senatus Consulto Villeyano subsidiarie privilegio fori et legi si convenerit omni juri scripto et non scripto Canonico et civili et specialiter illi Panor. consuetudini qua panormitanos cives a penis in instrumentis appositis liberat contraentes quibus contra promissa vel aliquod promissorum venire possent obiicere vel obstare et se defendere ac tueri. Unde ad futuram memoriam et tam predicti domini Cantoris ejusque successorum ac predicte Cappelle certitudinem quam predictorum matris et filii heredumque suorum cautelam facta sunt exinde duo consimilia instrumenta quorum presens factum et assignatum a domino Cantore predicto per manus mei Notarii publici supradicti signo meo solito signatum meique supradicti judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. Actum Panor. anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Judex Mattheus de Sergio qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Rogerius de Vipera de Panormo qui supra regius publicus urbis predicte Notarius predicta rogatus scripsi et signo meo solito signavi.*

Testes Symon de Incisa supradicte Cappelle Canonicus, Presbiter Gullelmus de Angelo, Petronus de Aldirisio Clericus, Jacobus de S. Antonio, Joannes de Avantagio et Nicolaus de Cambio.

LXXXVII.

Instrumentum obligationis Henrici pro solvend. an. censu tareni unius auri domus S. M. de Admirato.

A. 1334.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo quarto mense Madii die vicesimo nooo ejusdem mensis secunde Indictionis Regnantibus serenissimis dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie illustri Rege Friderico regni ejus anno vicesimo nono et inclito Rege Petro regni ejus anno quarto decimo feliciter amen. Nos Nicolaus de Arenzano Judex felicis urbis Panormi Petrus de Caleca de Panormo imperiali auctoritate ubique et regali ejusdem urbis Judex ordioarius atque Notarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati preseuti scripto notum facimus et testamur quod Reverendus vir dominus Ogerius de Verzolio venerabilis Cantor Regie Cappelle Sacri Palacii ejusdem urbis et beneficialis Ecclesie Sancte Marie de Ammirato de urbe predicta ex una parte et magister Henricus de Raysio Pascali Sutor ex parte altera cives ejusdem urbis in nostri presentia exposuerunt quod cum idem magister Henricus habuerit et tenuerit et possederit ac habeat teneat et possideat quamdam domum soleratam sitam in urbe predicta in quarterio Alborgarie urbis ipsius in contrata Ballaro secus quamdam domum ipsius Ecclesie Sancte Marie de Ammirato ex noa parte et secus tabernam seu fundacum Benedicti de Lombardo ex parte altera et secus cortile filiorum et heredum quondam Perri de Cisario ex alia parte et secus viam publicam et alios confines sub annuo censu granorum decem debitorum et solvendorum ipsi Ecclesie Sancte Marie pro temporibus retrohactis aono quolibet et in perpetuom de mense Augusti in festo Assumptioois Beate Virginis Marie et dictus magister Henricus cessaverit in soluptione ipsius census per annos duos et dimidium et ultra et propterea dictus beneficialis proposuisset revocare domum predictam ad dominium et possessionem Ecclesie supradicte, et dictus magister Henricus assereret dictam revocationem fieri non debere certis rationibus atque causis et propterea verteretur lix et controversia inter eos nunc proprio pretitulato die dictus beneficialis et magister Heoricus volentes lites et controversias et litium expensas evitare ad hanc concordiam unanimiter devenerunt videlicet quod dictus magister Henricus promisit et convenit stipulatione sollemni dicto beneficiali nomine ipsius Ecclesie sollemniter stipulanti et Ecclesie supradicte dare et solvere ipsi Ecclesie et legitime persone pro eadem anno quolibet in perpetuum predicto festo tarenum auri unum ponderis generalis videlicet ultra dicta grana decem, alia grana decem et dictus domions Ogerius beneficialis nomine ipsius Ecclesie sponte remisit propterea omne Jus omnemque actionem quod et quam habebat et habere poterat contra eumdem magistrum Henricum ratione predicta et in domo ipsa faciens sibi pactum de ulterius aliqood ab eodem non petendo et eumdem non molestando in judicio vel extra pro Aquiliana stipulationem et acceptilationem legitime subsequutam sub pactis et consuetudinibus infrascriptis sollemniter habitis et firmatis inter eosdem beoeficialem nomine ipsius Ecclesie ex una parte et magistrum Henricum pro se et suis heredibus ex parte altera videlicet quod non liceat eidem magistro Henrico nec ejus heredibus dictam

(1) Ex autogr. R. Cap.

domum dare vendere alienare permutare pro anima judicare seu aliquo alienatioois traosferre in Ecclesiam fiscum comitem barooem militem vel potentem aut privilegiatam personam et si cootra dictus magister Henricus vel ejus heredes vendere voluerint teneaotur prios inde requirere dictum beneficialem vel successores suos et dictus beneficialis vel successores sui eamdem domum ad opus dicte Ecclesie habere et emere voluerint teneantur predictus magister Henricus et heredes sui eam vendere dicto beneficiali vel ejus successoribus nomine et pro parte Ecclesie pro tarenis septem et gr. decem minus de pretio quod ex venditione ipsius domus haberi poterit a quocumque emptore et si facta requisitione predicta idem beneficialis vel successores sui emere voluerint liceat eidem magistro Henrico et suis heredibus eam vendere cuicumque ei vel eis placuerit extra personis potentibus et privilegiatis ut supra cum consensu tamen dicti beneficialis vel successorum suorum et de pretio quod inde dictus magister Henricus vel heredes ejus ex predicte domus venditione ipsa tarenos septem et granos decem. Item si forte dictus magister Henricus vel heredes ipsius cessaveriot a soluptione dicti censos per bienoium seu observatione omnium premissorum vel alicujus ex eis liceat eidem beneficiali et suis successoribus auctoritate propria dictam domum intrare ejusque possessionem capere et ad dominium et possessionem ipsius Ecclesie revocare sine licentia Curie et magistratus decreto pena seu defensa aliqua non obstante nec etiam obstante illa paoormitana consuetudine dicente quod in revocatione hujusmodi prediorum ordinario omni judicio procedi debeat cui consuetudini et ejus beneficio dictus magister Henricus renunciavit expresse promittens uoa pars alteri stipulatione sollemniter predicta omnia et singula rata et firma habere tenere perpetuo observare, et observari facere et in nullo contrafacere vel venire de jure vel de facto sub hypoteca omnium eorum et dicte Ecclesie presentium et futurorum ac refectione damnorum interesse et expensarum et litis et extra et sub pena unciarum auri duarum ad opus Curie et partis predicta servantis per me predictum Notarium publicum pro parte Curie sollemniter stipulata et ab eisdem partibus sponte promissa. Renunciaotes per ipsos contrahentes sollemniter specialiter et expresse omnibus juribus et legibus scriptis et non scriptis quibuslibet specialibus canonicis et civilibus constitutiooibus imperialibus et regalibus novis et veteribus omni fori privilegio et lege, si convenerit consuetudinibus omnibus dicte urbis et illi specialiter consuetudini dicenti quod pene in instrumentis apposite non sunt a panormitanis civibus extorquende nec non actionibus et extra doli mali metus causa et in formam subsidiarie rei ex sic geste et quolibet alia extra quibus vel eorum aliquo dicti contrahentes contra premissa vel aliquod premissorum facere vel venire posset et a soluptione predicte pene et observatione omniom premissorum se eximere vel tueri qua pena comissa exacta vel extra predicta omnia et singula rata maneant atque firma. Unde ad futuram memoriam et predictorum magistri Henrici et heredum suorum et ipsius beneficialis nomine ipsius Ecclesie et ejusdem Ecclesie facta sunt duo consimilia instrumenta unum scilicet ad presens ad cautelam ipsius beneficialis nomine dicte Ecclesie et ejusdem Ecclesie et aliud ad cautelam ipsius magistri Henrici et heredum suorum stipulatum per manus mei predicti Notarii mei qui supra Judicis subscriptione et subscriptorum testium subscriptiooibus et testimonio roboratum. Actum in Urbe predicta anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Nicolaus de Arenzano qui supra judex me subscripsi.*

† *Ego Simon de Incisa Canonicus Regie Cappelle Sacri Palacii Pan. testis sum.*

† *Ego Presbiter Gullelmus de Angelo testis sum.*

† *Ego Presbiter Nicolaus de Garagona testis sum.*

† *Ego Presbiter Bartolomeus de Adam testis sum.*

† *Ego Petrus de Caleca qui supra imperiali auctoritate ubique et regali ejusdem Urbis Judex ordinarius atque Notarius publicus predicta rogatus scripsi et meo solito signo signavi.*

Testes dominus Symon de Incisa Canonicus, Presbiter Bartholus de Adam, Presbiter Gullemus de Angelo, Presbiter Nicolaus de Garagona, Nicolaus de Mantua Lombardus.

LXXXVIII.

Instrumentum concessionis cortilis cum quatuor domunculis Reg. Cap. pro an. censu taren. auri quindecim.

A. 1341.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quatragesimo primo mense Augusti die vicesimo tercio ejusdem mensis none Iodictionis Regnante serenissimo domino nostro Rege Petro Secundo Dei gratia inclito Rege Sicilie regni ejus aono vicesimo primo feliciter amen. Nos Fridericus de Alanfranco Judex felicis urbis Pan. Fanus de Principatu regins publicus ejusdem urbis Notarius et testes subscripti ad boc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod nobilis domina Florentia de Calatafimo relicta quondam nobilis domini Gualterii de Abballatu militis civis dicte urbis Panor. coram nobis cum consensu assensu et expressa voluntate domini Nardi de Martino Cappelle Sacri Regii Palacii dicte urbis Canonici et Vicarii sponte dedit et ex ipsa tamen habere concessit Constancio de Simone concivi suo et suis heredibus in perpetuum ad emphiteosim sive ad annuum censum tarenorum auri quindecim ponderis generalis quoddam cortile in quo sunt domuncule quatuor cum quadam mandracia sita in dicta urbe in quarterio Albergarie in contrata Ballaro secus viridarium Philippi de Giliberto ex una parte et secus domum Andree de Milza ex altera via publica et alios confines cum omnibus juribus et justis pertinentiis suis et cum omnibus et singulis que intra vel infra seu in integrum continentur omnique jure nsu dominio requisitione predicta et potestate eidem nobili dicto quoodam pertinentibus seu expectantibus et cum alio onere census tarenorum auri quindecim ponderis ordinarii debitorum anno quolibet in perpetuum dicte Cappelle Sacri Palacii dicte urbis in festo Beati Petri Apostoli quod celebratur de mense Junii sub pactis et condictionibus infrascriptis inter eos habitis et sollemni stipulatione vallatis videlicet quod primo et principaliter dictus Constancius et heredes sui teneantur et debeant dictum annuum censum tarenorum auri quindecim anno quolibet in perpetuum eidem Cappelle dare solvere et assignare in festo Beati Petri Apostoli ut supra dictum est, nec non alium censum tarenorum auri quindecim anno quolibet in perpetuum eidem nobili et heredibus suis dare solvere et assignare in festo Assumptionis gloriose Virginis Marie quod celebratur de mense Augusti. Item dictus Constancius et heredes sui teneautur et debeant dicta corpora semper et omni

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

tempore de bene in melius augumentare et beneficare quod dictus Constancius et heredes sui prefata corpora vendere non audeant neque aliquo alio alienationis titulo transferre non valeant in Ecclesiam Monasterium Fiscum Universitatem Baroniam nec in aliquam aliam potestatem seu privilegiatam personam et si forte alicui alteri dicta corpora vendere voluerint quod teneantur et debeant prius eamdem Cappellam et dictam dominam, si forte eam emere voluerint quod ea habere possint minori precio quo ab aliis invenitur uncie unius. Sine autem ipsam unciam unam habere pro taliis. Item si forte dictus Constancius et heredes sui cessaverint in soluptione dicti census seu censuum ut supra per biennium quod liceat et licitum sit eisdem domino et Cappelle auctoritate propria intrare et capere et ad eorum dominium et potestatem libere revocare, licentia Curie nullatenus proinde postulata, item ex pacto adjecto sollemni stipulatione vallato quod dicta Cappella habeat et habere debeat omnia jura et actiones reales et personales supra eumdem Constancium et heredes suos sicut olim seu hactenus habebat et habere poterat supra tamquam dominam et predecessoris suos qua corpora cum juribus et pertinentiis suis dicta domina de cetero constituit ea possidere de novo dictus Constancius per se et heredes suos accipere corporalem possessionem ad quam intrandam et capiendam dicta nobilis eidem Constancio auctoritatem et liberam potestatem dedit et concessit dicta corpora intrandi capiendi et concedendi alienandi permutandi per omnia inducandi et faciendi velle suum ut supra enarratur salvis in omnibus et per omnia jura census et condictionibus supradictis promittens et conveniens dicta nobilis per stipulationem sollemnem eidem Constancio et heredibus prefata corpora semper et omni futuro tempore defendere guardare manutenere et dishrigare ab omni condictionis persona dicta corpora evincere volentes jura dominii vel quasi, aut sine aliquo actionis et in causa ipsius evectionis judicium in se suscipere ipsamque suis sumptibus prosequi et finire remissa eidem Constancio vel heredibus necessitate denunciandi seu appellandi quam quindem concessionem et omnia et singula supradicta dicti contrahentes promiserunt et convenerunt per stipulationem sollemnem una pars alteri rata firma habere tenere et inviolabiliter obsere vare et observari facere modo forma termino supradictis et non contrafacere suvenire, in pace et de plano sicut licet in Curia prememorata omni libello sententia extra appellationem remotis et per pactum sollemne remissis sub hypotheca omnium bonorum suorum habitorum habendorum ac refectione damnorum in Curia expensarum litis juste et sub pena unciarum quatuor ad opus Curie et partis promissa servantis a me Notario publico pro parte Regie Curie sollemniter stipulata et ab eisdem partibus sponte promissa qua pena soluta vel non omnia et singula in suo robore perseverent, renunciantes super hiis omnibus omni legum auxilio canonico et civili consuetudinibus constitutionibus imperialibus regalibus novis et veteribus scriptis et non scriptis privilegio fori, et legi executione extra doli mali metus causa et in futurum rei non sit ut predicitur geste extra deceptionis ultra dimidium justa seriem privilegi viduarum secundum Senatus consulti Sempronii Velleyani et consuetudini dicte urbis que loquitur quod pena instrumentis apposita liberat contrahentes et si forte de premissis seu aliquo premissorum questio aliqua exinde oriretur quod summariam pro induceret rationem ritum manu Not. et debitoris observari de. quibus instrumenta publica produceretur ac si essent de casibus in dicto ritu comprehensis ac si jurasset dictus Constancius. Unde ad futuram memoriam et dictorum contrahentium cautelam facta sunt tria instrumenta consimilia, unum ad tuitionem dicte Cappelle alterum dicte domino et aliud ad petitionem ipsius Constancii per manus mei prefati Not. nostrum qui supra Judicis et testium subscriptionem subscriptionibus et testimonio roboratum. Datum in dicta felici urbe Pan. anno mense die et indictiouo premissis. Quod

autem abrasum et emendatum est ubi legitur primo ac omnia in secunda linea ubi legitur primo abrasum et emendatum est per me prefatum Notarium non vitio sed errore et ideo pro autentico habeatur, actum in dicta urbe ut supra.

† *Ego Fredericus de Alanfranco Judex felicis urbis Panormi.*

† *Ego Magister Nicolaus de Leone testis sum.*

† *Ego Symon de Salvo testis sum.*

† *Ego Philippus Mustacius testis sum.*

† *Ego Andreas de Milacio Clericus testor.*

† *Ego Fanus de Principatu qui supra Not. publicus dicte felicis urbis rogatus scripsi et meo solito signo signavi.*

Testes Fredericus de Bartolo Clericus Philippus Mustacius, Magister Nicolaus de Leone, Symon de Salvo et Andreas de Milacio.

LXXXIX.

Instrumentum concessionis domus S. M. de Ammirato pro an. censu tarenorum auri decem.

A. 1342.

In nomine Domini amen (1). Anno ab incarnatione ejusdem millesimo trecentesimo quatragesimo secundo mense decembris die tertiodecimo ejusdem mensis undecime indictionis regnante Serenissimo domino Rege Lodovico dei gratia Inclito rege Sicilie regni vero ejus anno primo feliciter amen. Nos Antonius de Afflicto judex felicis urbis Pan. Orlandus de Carpenterio regius publicus Tabellio urbis predicte, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod Philippus Paulillus civis prefate urbis presens coram nobis in presentia reverendi domini domini Ogerii de Verzolio Cantoris Regie Cappelle sacri Palatii dicte urbis Cantoris, et beneficialis Ecclesie Sancte Marie de Ammirato exposuit dicens quod dictus Philippus tencat, et possideat quamdam domum soleratam cum stabulo conjuncto eidem domui sitam in Cassaro dicte urbis in quarterio dicte Ecclesie S. Marie de Ammirato secus domum heredum quondam Johannis de Trapano ex un parte et secus domum Nicolai de ex altera parte, et secus vanellam qua itur ad monasterium S. Marie de Marturano viam publicam et alios confines ex successione et hereditate quondam Angeli Paulilli patris sui cum onere annui censu tarenorum decem ponderis generalis et dimidii rotuli cere solvendi annuatim per eomdem Philippum, et ejus heredes predicto domino Ogerio beneficiali dicte Ecclesie S. Marie de Ammirato nomine et pro parte ejusdem Ecclesie quam domum cum stabulo dictus quondam Angelus Paulillus olim emerat et receperat a Rogerio Sclavu et Contissa Jugal. pro certo pretio eis primum exsoluto per ipsum quondam Angelum cum consensu et assensu predicti domini Ogerii tamquam beneficialis dicte Ecclesie tunc presentis, et dictam vendictionem pro se et nomine et pro parte dicte Ecclesie sollemniter acceptan-

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

tis, et confirmantis. Inde ad annos viginti novem consumatos a d:o celebrationis contractus dicte venditionis et sub certis pactis et conventionibus inter eos sollemniter vallatis pro ut habet in alio quodam publico instrumento inde facto apud dictam urbem Panormi per manus Gulielmi de Rogerio tum regii publici dicte urbis notario sub anno dominice Incarnationis millesimo trecentesimo decimo octavo mense julii decimo septimo ejusdem mensis prime indictionis, et legitima subscriptione testium roborato sollemniter vidimus contineri cumque predictus Philippus Paulillus petens ab eodem domino Ogerio tamquam a beneficiali dicte Ecclesie predictam domum cum stabulo sibi et heredibus suis denuo renovationis causa confirmari et concedi hinc usque ad alios annos viginti novem sub eodem annuo censu quatenus dicta prima concessio et confirtio domus ipsius cum stabulo ad hnc perduret, offerens se propterea predictam domum cum stabulo suis propriis expensis reparare, ipsamque meliorare de bono in melius interim posse, cum ipsa domus patitur ruinositate et deterioratione. Nunc vero predictus dominus Ogerius condescendens petitioni predicti Philippi habens plenariam et veram conscientiam et notitiam quia dicta domus est ruinosa et indiget reparatione, et facilius in brevi tempore posset defectu reparationis magis deteriorari volens propterea commodum dicte Ecclesie in hoc procurare idcirco eodem protitulato tertiodecimo die presentis mensis decembris predictus dominus Ogerius tamquam beneficialis dicte Ecclesie Sancte Marie de Ammirato pro se et suis successoribus ac nomine et pro parte dicte Ecclesie et successorum suorum et in solidum coram nobis presens sponte ipsam domum cum stabulo cum omnibus juribus et pertinentiis suis ex causa renovationis eidem Philippo recipienti pro se et suis heredibus plenissime confirmavit et habere concessit hinc ad annos viginti novem mense supradicto die et anno computandos presentibus ad hec domino Nardo et Martino, et domino Nicolao de Sizeno Canonicis dicte Sacre Cappelle Palatii et huic renovationis, et confirmationis domus predicte cum stabulo contractus consentientibus et confirmantibus, finitis vero et elapsis dictis annis viginti novem predicta domus cum stabulo ipso facto ad ejus dominium proprietatem, possessionem dicte Ecclesie, licite et libere revocetur, et revocari valeat ad Ecclesiam supradictam lege pena et defensa aliqua non obstantibus, sub hiis pactis et conventionibus inter eos sollemniter habitis in presenti contractu venditionis quod predictus Philippus per se et suos heredes aut successores teneatur, et debeat anno quolibet ipsorum viginti novem annorum solvere et integre assignare dicto beneficiali pro parte dicte Ecclesie vel suis successoribus ex causa census predicti tarenos decem ponderis generalis, et dimidium rotulum cere in festo assumptionis Beate Marie Virginis quod celebratur de mense Augusti. Et si forte dictus Philippus vel ejus heredes aut successores a solitione dicti census per biennium cessaverit, liceat dicto beneficiali dicte Ecclesie et suis successoribus ipsam domum cum stabulo cum omnibus juribus, et pertinentiis suis et cum omni benefacto et melioratione factis ad jus dominium proprietatem et possessionem dicte Ecclesie licite, et libenter revocare. Item quod non liceat dicto Philippo vel ejus heredibus aut successoribus domum ipsam cum stabulo in toto vel in parte vendere dare et judicare in dominium alterius alienationis titulo transferre in aliquam Ecclesiam Fiscum, Comitem, Baronem, Militem vel aliquam aliam potentem vel privilegiatam personam, nisi tantum licitis personis et permissis alienare cum onere tam dicti anni census rationibus pactis et conditionibus omnibus infrascriptis. Et si forte ipsam domum cum stabulo vendere voluerint, teneantur primo dictum beneficialem et successores ejus nomine dicte Ecclesie de emendo requirere et si dictus beneficialis aut successores sui ipsam domum cum stabulo emere voluerint liceat eis ipsam emere et habere ante omnes emptores minus tamen tarenis auri decem de eo pretio

quod inde haberi potest a quocumque emptore dans et concedens dictus beneficialis per se et suos successores nomine et pro parte dicte Ecclesie, et successorum suorum eidem Philippo pro se et suis successoribus recipienti auctoritatem licentiam et potestatem plenariam predictam domum cum stabulo cum omnibus juribus et pertinentiis suis babendam tenendam et possidendam dandam vendendam alienandam permutandam obligandam et per omnia judicandi et faciendi de ea et in ea totum velle et desiderium suum et heredum suorum ex causa renovationis, et confirmationis predicte, infra et per totum tempus horum viginti novem annorum absque molestia et contradictione dicti beneficialis et successorum suorum nomine Ecclesie vel pro nomine et pro parte eorumdem. Quam quidem renovationem et confirmationem et concessionem domus predicte cum stabulo predictus beneficialis per se et successores suos nomine et pro parte dicte Ecclesie et successorum suorum in solidum promisit per solemnem stipulationem dicto Philippo pro se et suis heredibus sollemniter stipulanti rata et firma habere tenere et observare, et in nullo contrafacere vel venire, de jure vel de facto vel aliqua quavis ratione ingenio sive causa ipsam domum cum stabulo pro se et suis heredibus legitime defendere ab omni calumniante persona extranea vel propinqua in omnem eventum in pace et de plano absque lite qoestione vel querimonia aut judiciorum strepitu, sub hypoteca et obligatione omnium bonorum suorum et dicte Ecclesie habitorum vel habendorum et refectioem dampnorum interesse expensarum litis nec non sub pena unciarum auri quatuor ad opus curie et partis predicta servantis per me predictum notarium publicum pro parte ipsius curie sollemniter stipulantem, et a predicto beneficiali sponte promissa. Ratis manentibus omnibus et singulis supradictis dictus beneficialis super premissis generaliter specialiter sollemniter et expresse omnibus juribus actionibus et omnibus costitutionibus imperialibus et regalibus novis et veteribus consuetudinibus generalibus et specialibus privilegio fori et legi si convenerit beneficio restitutionis in integrum juri senatus consultus et auxilio Velleyano rationi juri scripto et non scripto canonico consuetudinario et civili et exceptionibus doli mali metus causa et in facto subsidiarie rei non sit geste conditioni indebite sine causa, et omnibus aliis legibus juribus moribus et privilegiis competentibus vel competituris quibus venire posset, ut predicta vel aliorum predictorum aliqua causa vel ingenio a solutione dicte pene eximere vel tueri; et specialiter illi panormitane consuetudini qua pene in instrumentis apposite non sunt a panormitanis civibus extorquende, qua pena soluta vel non predicta omnia et singula rata maneant et firma. Inde ad futuram memoriam et dictorum contrahentium cautelam presens publicum instrumentum a dicto domino Ogerio beneficiali dicte Ecclesie hoc petente de premissis omnibus factum est per manus mei predicti notarii publici meo solito signo signatum subscriptione mei predicti Judicis; et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. Datum in urbe predicta anno mense die indictione premissis.

† *Ego Antonius de Afflicto qui supra judex me subscripsi.*
† *Ego Notarius Mattheus de Michaele testis sum.*
† *Ego Presbiter Nicolaus de Melfia testor.*
† *Ego Aldoynus de Raynaldo de panormo Clericus testis sum.*
† *Ego dominus Nicolaus de Sizera testor.*
† *Ego Presbiter Clemens Lombardus testis sum.*

Orlandus de Carpenterio de Panormo Regius publicus ejusdem urbis notarius rogatus scripsi, et solito signo signavi.

Testes presb. Clemens Lombardus, Nicolaus de Melfia, Aldoynus de Raynaldo, Nicolaus de Sizera, Matteus de Michaele.

XC.

Transumptum literarum Reg. de unciis octo canonicatui majori Reg. Cap. debitis.

A. 1344.

In nomine Domini amen (1). Anno incarnationis ejusdem millesimo trecentesimo quatragesimo quarto mense novembris primo ejusdem duodecime indictionis Regnante serenissimo Domino nostro Rege Ludovico Dei gratia excellentissimo Rege Sicilie regno ejus anno tertio feliciter amen. Coram nobis Petro de Rocco judice civitatis Cathane Not. Leonardo de Musto de Messana Regio publico notario insule Sicilie notario et testibus subnotatis ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod accedens ad presentiam nostram nobilis et circumspectus vir judex Franciscus de Spinis civis nobilis civitatis Messane M. R. C. advocatus procurator ut dixit Domini Aloisii de Spinis fratris sui procuratorio nomine supradicto obstendit et presentavit nobis quasdam patentes gratie litteras secretis magistris procuratoribus fel. urbis Panormi tam presentibus quam futuris directas ad opus et pro parte dicti domini Aloisii noto et cousueto sigillo gratie sigillatas tenoris infrascripti ut expediat eidem procuratori predictas litteras penes se publicatas conservare et in formam publicam redactas ne forte predicte littere amittantur seu etiam vetustate depereant petiit a nobis nostrum qui supra dictum judicis et notarii in hoc officium implorando ut litteras ipsas in formam publicam ad dicti judicis Francisci procuratoris cantelam redigere deberemus nos vero attendentes quod sua intererat predictas litteras penes se publicatas habere et in formam publicam redactas, petitione ipsa ut pote justa admissa et consona rationi quia justa petentibus non est denegandus assensus et visis per nos litteris ipsis predictis quia litteras ipsas vidimus in sui publica forma et figura extare ac omni prorsus vitio et suspectione carere eas de verbo ad verbum ut jacent nihil per nos in eis addito mutato seu etiam diminuto in forma publica per manus mei predicti notarii Leonardi nostra juditiali authoritate interposita redigi fecimus et trascribi quarum originalium litterarum tenor per omnia talis est. Petrus Secundus Dei gratia Rex Sicilie Secretis et magistris procuratoribus fel. urbis Panormi tam presentibus quam futuris fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem Aloisius Spina de Messana clericus Cappelle Sacri Palatii nostri felicis urbis ejusdem devotus noster Maestati nostre nuperque humiliter supplicavit quod cum ipse adeptus sit noviter et teneat in eadem Cappella ex collatione per maestatem nostram ex inde sibi facta consideractione presentium gratorum et acceptorum servitiorum per consanguineos suos nostro culmini devote et fideliter prestitorum quemdam canonicatum dictum de majoribus vacantem tunc in eadem Cappella per obitum quondam presbiteri Joannis de Angelo de Pan. qui canonicatum ipsum dum vixit in eadem Ecclesia obtinebat, at dictus precessor suus ratione canonicatus predicti unciarum auri octo ponderis generalis ex pecunia proventuum cabellarum et jurium curie dicte urbis ad dictum secretie et procurationis officium spectantium consuevit dum vixit annis singulis a nostra curia recipere et habere ei quantitatem pecunie ipsa ex inde contingentis a quinto decimo presentis mensis Decembris hujus none indictionis in antea quo in corporalem possessionem vel quasi canonicatus prefati inductus estitit per totum mensem Augusti dicti anni presentis per te presentem secretum et ab inde in antea quolibet anno dictas uncias auri octo per vos futuros secretos urbis pre-

(1) Ex autogr. Reg. Cap.

fate ipsi Aloisio de pecunia cabellarum et jurium eorumdem tribui mandaremus cujus supplicatione benigne admissa quia dictus Aloisius in corporalem possessionem vel quasi dictus canonicatus predicto quinto decimo Decembris per venerabilem fratrem Gulielmum de Aydono de ordine predicatorum magistrum cappellanum confessorem et devotum nostrum ad litteras celsitudinis nostre pro inde sibi missas inductus extitit per quaternos duos de quatuor quaternis consimilibus inde factis continentes formam dictarum litterarum nostrarum sibi inde missarum Idem inductionis possessionis prefate sub sigillis dictorum fratris Gulielmi et Aloysii pro inde missos unum videlicet nobili Raymundo de Peralta Comiti Calatabillotte Regni Sicilie Cancellario majore cammarario ac Regni Aragonum Admirato, dilecto consanguineo, et alterum nobilibus Russorubeo Comiti Aydoni, Nicolao Lancee consanguineo, et Henrico de Claramonte militibus magne nostre curie magistris rationalibus consiliaribus familiaribus et fidelibus nostris datos Messane predicto quintodecimo Decembris none indictionis qui in arcivis ejusdem curie officiorum Cancellarie et rationum servantur dicteque uncie octo dicto quondam presbitero Joanni dum vixit ac cuilibet Canonicorum dicte Cappelle in majori gradu constitutorum ex pecunia proventum cabellarum et jurium predictorum sint tribui annuatim et tenoribus rationum secretio dicte urbis temporum elapsorum nostre curie assignatarum in nostro Archivio servatarum quos inspici propterea facimus atque legi nostre curie plene constat fidelitati vestre mandamus quatenus dicto Aloysio vel omni pro eo nuntio presentes vobis litteras ostendenti tu videlicet prefatus secretus et magister procurator dicte urbis quantitatem pecunie ipsam contingentis ex dictis unciarum auri octo a dicto quintodecimo Decembris per totum mensem Augusti indictionis presentis vos futuri secreti et magistri procuratoris urbis predicte ipsas uncias octo ab inde in antea quolibet anno donec idem Aloysius predictum canonicatum tenuerit de pecuniis cabellarum et jurium curie dicte urbis ad dictum secretie et procuratoris officium tradi hujusmodi canonico consueta que est vel erit per manus vestras ratione officii memorati pro parte nostre curie tribuatis responsuri ab eo vel omni nuotio ex inde apodixam suo vel nuntiis sui nostro sigillo munitam, mandato nostro tibi presenti secreto per litteras facto de mittendo totam pecuniam proventuum dicti officii ad cautelam nostram et de ea nihil exibendo pro aliquibus auctoritate quorumdam mandatorum nostre curie tam patentium quam clausorum absque specialibus litteris nostris tibi pro inde dirigendi et quolibet alio de cetero forsitan faciendo huic fortiter contrario ad hec non obstantibus quoque modo; presentes autem litteras nostras post quam in publicam formam feceritis redigi ad cautelam vestram faciendas tam ad vos quam ad singulos successores vestros omnem vim et robur habere volumus predicto Aloysio vel omni nuntio resignetis per eum vestris deinde successoribus ostendendas. Datum Messane anno Dominice Incarnationis M. CCC. XLIIII. Januarii VIIII Indictionis. Inde ad futuram memoriam et ut de premissis omnibus fiat in posterum plena fides et dicti Judicis Francisci procuratoris ut supra cautelam factum est ex inde publicum Instrumentum per manus mei predicti notarii Leonardi nostrum qui supra predictorum Judicis et Notarii et testium subscriptionibus communitum. Et est sciendum quod in trigesima quinta linea ubi legitur officium sequi et legi debet spectantium obmissum est per me predicum Notarium non vitio sed oblivione et propterea pro authentico habeatur actum Cathane anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Petrus de Rocco Judex civitatis Cathane qui supra.*
† *Ego Nicolaus Paulinus de Messana testor.*
† *Ego Leonardus de Johanne de Messana testor.*
† *Ego Nicolaus de Judice de Messana testor.*
† *Ego Notarius Lombardus de Musto de Messana qui supra Regius Publicus totius Insule Sicilie Notarius predicta scripsi et contestor.*

XCI.

Transumptum regiae collationis beneficii altaris S. Andreae exist. in Cap. S. Petri.

A. 1344.

In nomine Domini amen(1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo quatragesimo quarto mense decembris die secundo ejusdem mensis terciedecime indictionis regnante serenissimo domino nostro domino Lodovico Dei gratia inclito Rege Sicilie regni vero ejus anno tercio feliciter amen. Nos Johannes de Carastono Judex felicis urbis Pan. Petrus de Maynardo ubique imperiali auctoritate ac regia dicte urbis judex ordinarius et notarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod providus et discretus vir Notarius Consalvus Gilii de Lusanus de Girace tenens locum nobilis domini Bernardi Ragumde de Monte Rubeo militis regni Sicilie thesaurarii in eodem thesaurarie officio in felici urbe Panormi ostendit nobis et publice legi fecit quoddam sacrum mandatum patens regium sigillo regio sigillatum directum secretis et magistris procuratoribus dicte urbis ab anno proximo preterito duodecime indictionis in antea tenoris subscripti, et petiit a nobis nostrum qui supra Judicis et notarii officium implorando ut cum sua asserat interesse dictum originale mandatum regium penes se publicatum habere debere, judiciaria auctoritate interposita ipsum regium mandatum per manus mei predicti notarii publici in formam publicam trascribere deberemus ut eamdem vim et robur obtineat transumptum ex inde faciendum quemadmodum habere dignoscitur originale regium mandatum predictum. Cujus petitione ut pote justa admissa, quia datum mandatum regium vidimus legimus et inspeximus diligenter quod et sigillum ejus predictum invenimus prima illesa existere et omni vitio et suspicione carere ideo mandatum ipsum de verbo ad verbum pro ut jacet nihil in eo addito mutato vel etiam diminuto quod variet sensum augeat vel diminuat intellectum judiciaria auctoritate interposita ad cautelam dicti notariis Consalvi et fidem apud omnes quoties opus erit faciendam in hanc formam publicam duximus fideliter redigendum. Cujus sacri patentis mandati regii tenor per omnia talis est. Lodovicus Dei gratia Rex Sicilie secretis et magistris procuratoribus felicis urbis Panormi a presenti anno duodecime indictionis in antea presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Pro parte Aldoyni de Raynaldo civis dicte Urbis Clerici Cappelle nostre Sancti Petri Sacri Regii Palacii ejusdem Urbis devoti nostri fuit Majestati nostre nuper humiliter supplicatum ut cum dictus Clericus Aldoynus ex collatione nostra noviter sit adeptus et teneat medietatem beneficii altaris Sancti Andree Apostoli in eadem Cappella nostra exhistentis(2), vacante pridie propter obitum quondam presbiteri Nicolai de Basilio de eadem Urbe beneficialis ejusdem beneficii quod beneficium ad collationem nostram spectat de jure, dictusque quondam presbiter Nicolaus et precessores sui qui fuerunt pro tempore in dicto altari uncias auri

(1) Ex autograph. in Archiv. existenti.

(2) Quum aedes Divi Andreae Sacello Regio a Petro Archiepiscopo attributa processu temporis fuisset ruinis affecta, erectum fuit Altare in eadem Capella, eidem Apostolo dicatum cum adnexo beneficio ex reditibus illius aedis.

tres ratione dicte medietatis ipsius beneficii de proventibus cabellarum et jurium nostre Curie dicte Urbis spectantium ad dictum Secretie et procurationis officium consueverint annis singulis a nostra Curia recipere et habere, ipsas uncias auri tres dicto Clerico Aldoyno a septimodecimo die proximo preterito mensis Junii dicti anni presentis in antea quo in corporalem possessionem dicte medietatis predicti beneficii ad alias nostras literas presbytero Orlando de Brunello de Messana Canonico dicte nostre Sacre Cappelle Cappellano familiari et devoto nostro directas per eumdem presbyterum Orlandum fuit inductus, per vos in dicta forma mandare tribui dignaremur. Qua suplicatione benigne admissa, quia quod dictus Clericus Aldoynus predictam medietatem ipsius beneficii propter obitum dicti quondam presbiteri Nicolai ut predicitur sit adeptus et teneat, et predicto septimodecimo die dicti mensis Junii in corporalem posessionem ipsius per dictum Cantorem dicte Capelle inductus fuerit per tenorem duorum ex quatuor quaternis generalibus de hujusmodi inductione possessionis per prefatum Cantorem dicte Cappelle factis missorum pro inde videlicet unius nobili Regni Sicilie Cancellario et alterius nobilibus magistratibus nostre curie magistris Rationalibus que in archiviis nostre curie officiorum Cancellarie et rationum servantur, quidquid ejus precessores dictas uncias auri tres anno quolibet consueverint a dicta curia recipere et habere, dicte curie nostre constat. Volentes propterea dicto beneficiali dictas uncias auri tres in dicta forma tribui annuatim, fidelitati vestre mandamus quatenus dicto Clerico Aldoyno vel eius pro eo nuncio presentes vobis litteras concedenti, tum videlicet presens Secretus quantitatem pecunie contingentis cum a dicto septimodecimo dicti mensis Junii quo in corporalem possessionem predicte medietatis prefati beneficii ut predictum fuerit inductus usque per totum mensem Augusti dicti anni presentis. Vosque futuri secreti et magistri procuratores a primo Septembris proximo futuro terciedecime indictionis in antea quolibet anno dictas uncias tres ex pecunia proventuum dictarum gabellarum et jurium dictis ejus possessoribus exhiberi ut predicitur consuetas, pro parte nostre Curie exhibere et solvere debeatis recepturi ab eo ex inde apodixam suo vel dicti nuncii sui sigillo munitam presentes autem litteras nostras postquam eas in publicam formam feceritis redigi ad cautelam vestram servandam quam tam ad vos quam ad singulos successores vestros omnem vim et robur habere volumus predicto Clerico Aldoyno resignetis per eumdem vestris successoribus ostendendas. Datum Messane anno Dominice incarnationis M CCC XLIIII X Julii XV indictionis. Unde ad futuram memoriam et dicti Notarii Consalvi cautelam et fidem apud omnes ex inde faciendam presens scriptum publicum ex inde factum est per manus mei predicti Notarii publici meo solito signo signatum nostrorum qui supra Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. Actum in dicta urbe felici Pan. Anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Johannes de Carastono Juris peritus qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Andreas de Milacio Clericus testor.*

† *Ego Johannes de Moyster Umchio testis sum.*

† *Ego Bartholomeus de Renda testis sum.*

† *Ego Famus de Judice fama testor.*

† *Ego Petrus de Maynardo qui supra Imperiali auctoritate, et regali ejusdem urbis Judex ordinarius atque notarius predicta rogatus scripsi et meo solito signo signavi.*

XCII.

Transumptum Inquisitionis jurium et redituum S. R. Capellae tempore Caroli Andegavensis.

A. 1346.

In nomine Domini Jesu Christi amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo quatragesimo sesto mense Julii die decimo ejusdem mensis decimequinte inditionis, regnante serenissimo domino nostro domino Lodovico Dei gratia inclito Rege Sicilie regni vero ejus anno quarto feliciter amen. Nos Nicholaus de Imperatore Judex felicis urbis Pan. Petrus de Maynardo ubique imperiali auctoritate ac regia dicte urbis Judex ordinarius et Notarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur, quod reverendus et honestus presbiter Nicolaus de Melficia Vicarius Generalis in spiritualibus reverendi patris et domini. Domini Orlandi de Brunello de Messana regii Capellani nec non venerabilis Cantoris Sacre Regie Capp. Sacri Regii Palacii dicte urbis in eadem Cantoria ad nostram accedens presentiam obtulit et etiam nobis publice legi fecit quoddam publicum scriptum vocatum Rollum ex inde factum in carta membrana in prefata urbe felici Pan. sub anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo settuagesimo quarto ultimo die mensis Augusti sexte inditionis manu notarii Bartolomei de Joanne publici tabellionis urbis ejusdem omni jure et sollemnitate vallatum factum de juribus et reditibus Cantoris Canonicorum et Clericorum ac magistri scolarum Sacre Regie Capelle Sacri Palacii dicte urbis annuatim a Curia consuetis exsolvi, et petiit a nobis nostrum qui supra Judicis et Notarii in hac parte officium implorando ut de ipsius transumpti dicti rolli tenore ad cantelam dictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum ac magistrorum scolarum nec non ipsius vicariis et fidem apud omnes quotiens opus fuerit faciendam de verbo ad verbum nihil in eo addito vel mutato seu etiam diminuto justa continentiam et tenorem transumptum seu instrumentum pubblicum per manus mei predicti notarii facere deberemus et transumptum seu instrumentum ipsum ex inde eamdem vim habeat quam habere dignoscitur transumptum rollum supradictum, cujus petitione et requisitione justa ut pote admissa infra transumptum rollum predictum vidimus legimus et inspeximus diligenter omni vitio et auspitione carere ipsum de verbo ad verbum nihil in eo addito mutato vel etiam diminuto quod variat sensum augeat vel diminuat intellectum justa ipsius transumpti rolli predicti formam et tenorem judiciaria autoritate interposita in presentem formam publicam fideliter, et legaliter duximus redigendum cujus transumpti rolli tenor per omnia talis est. In nomine Domini amen etc. (2)

Quod autem abrasum et emendatum extitit per manus mei predicti Notarii publici in octogesimaquarta linea ubi legitur Rixonis de Manta tunc Secreti Sicilie sub felicitate domini Domini nostri Regis Caroli eumdem Franciscum Regni Vicesecretum Sicilie citra flumen salsum et in fine nonagesimesexte linee ubi legitur officialibus curie pro tempore solventibus eis jura et reditus supradicta et subscripsit se ut non vitio sed errore et ideo pro veris et autenticis habeantur ut in prima et pura eorum pagina existerent. Unde ad futuram memoriam

(1) Ex originali servato in Archiv. R g. Cap. (2) Relatum habetur n. LVIII.

et de premissis si fidem in posterum apud omnes haberi valeat plenaque certitudo presens scriptum publicum ex dicto transumpto rollo factum est ad cantelam predicte Cappelle Cantoris Canonicorum et Clericorum predictorum nec non et eorum successorum per manus mei predicti Notarii publici meo solito signo signatum nostrum qui supra Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum et est sciendum quod in sexagesimaquarta linea ubi legitur sui officii sequi debuit secretie predicte et solvi et in quinquagesimasexta linea ubi legitur Calatafimi sequi debuit Calatabillotte. Actum iu dicta Urbe f. p. an. anno mense die indictionis premissis.

✝ *Ego Nicolaus de Imperatore qui supra Judex me subscripsi.*

✝ *Ego Notarius Philippus de Buffardo testis sum.*

✝ *Ego Angelus Confalonus de Pan. testis sum.*

✝ *Ego Jacobus de Peregrino de Pan. testor.*

✝ *Ego Calogerus Justafina de Pan. testor.*

✝ *Ego Notarius Bartholus de Imperatore de Pan. testor.*

✝ *Ego Thomasius de Paterno de Pan. testis sum.*

Ego Notarius Mattheus de Aquario de Pan. testor.

✝ *Ego Notarius Bartholus de Leonardo de Pan. testor.*

✝ *Ego Jacobus de Insula de Pan. testor.*

✝ *Ego Notarius Gulielmus de Cuffari de Pan. testes agnovi.*

✝ *Ego Petrus de Maynardo qui supra imperiali auctoritate ubique et regali dicte urbis Judex ordinarius et notarius publicus predicta rogatus scripsi et meo solito signo signavi.*

XCIII.

Transumptum litterarum regiarum Petri Secundi Regis Friderici patris sui in Sicilia locumtenentis de juribus R. Cap.

A. 1347.

In nomine Domini amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo tricentesimo quatragesimo septimo mense Septembris die vigesimo octavo ejusdem prime inditionis Regnante serenissimo Domino nostro Domino Rege Ludovico Dei gratia inclito Rege Sicilie regni vero sui anno sexto feliciter amen. Nos Philippus de Albaneto Judex felicis urbis Pan. olim in anno proximo preterito quinte decime indit. et successoribus nostris nondum procreatis anno presenti prime indictionis predicte in eorum Judicatus officio residens Thomasius de Monesta de Panormo tam imperiali auctoritate ubique quam regali urbis ipsius Not. publicus et Judex ordinarius ac testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod presbiter Aldoynus de Raynaldo civis felicis urbis Pan. Clericus Cappelle Sacri Regii Palacii dicte urbis ad nostram accedens presentiam ostendit nobis nomine

(1) Ex Autogr. in Reg. Cap. servato.

et pro parte venerabilis Capituli Canonicorum et Clericorum Sacro Regie Cappelle predicte quasdam sacras regias patentes litoras quondam bono memorie serenissimi Domini Regis Petri Secundi quas diligenter inspeximus et vidimus vero et noto sigillo Sacre Regie Majestatis predicti serenissimi Domini Regis Petri de cera rubea sigillatas ipsasque seriatim legimus tenoris subscripti et requisivit nos prefatus presbiter Aldoynus nomine et pro parte dicti capituli nostrum qui supra Judicis et Notarii officium implorando ut predictas Sacras Regias literas ad ipsius capituli Canonicorum et Clericorum dicte Sacro Cappelle petitionem in formam publicam redigere deberemus, qua petitione justa ut pote et consona rationi per nos admissa cum juxta petentibus non sit denegandus assensus id circo predictas Sacras Regias literas nihil in eis addito vel mutato subtracto seu etiam diminuto ad ipsius capituli cautelam in presentem formam publicam duximus redigendas et transcribendas, quarum regiarum patentium litterarum tenor per omnia talis est. Petrus Secundus Dei gratia Rex Sicilie serenissimi Domini Domini Friderici reverendiss. patris Regis ejusdem regni in ipsius administratione generaliter locumtenens secretis et magistris procuratoribus totius Sicilie vel civitatis Panormi tam presentibus quam futuris fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Dudum de mense Aprilis quinte inditionis preteriti tunc secretis et magistris procuratoribus totius Sicilie vel dicte civitatis Pan. tam presentibus quam futuris fidelibus nostris per patentes literas sub parvo sigillo Regio Secreto dicti Domini Regis patris nostri quo tunc generaliter utebatur scriptum extitit in hac forma: Fridericus Tertius Dei gratia Rex Secretis et Magistris procuratoribus totius Sicilie vel civitatis Pan. tam presentibus quam futuris fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem: dudum infra mensem Novembris p. p. tertie inditionis Secretis et Magistris procuratoribus dicte civitatis Pan. tam tunc presentibus quam futuris fidelibus nostris per patentes literas nostras sub certa forma mandavimus et quia pro parte Cantoris Canonicorum et Clericorum Cappelle Sacri Palatii nostri civitatis Panormi Majestati nostro fuerat humiliter supplicatum quod cum predecessores eorum qui fuerunt pro tempore in eadem Cappella a temporibus felicium Regum Sicilie claro memorie predecessorum nostrorum usque ad tempus proxime preteritum communitatis insule Sicilie consuevisset annis singulis a curia recipere et habere pro subscriptis causis de pecunia frumento vino et aliis rebus curie et in eorum defectu de emptitiis ad generale pondus et salmam pecunie frumenti vini et aliarum rerum quantitatem subscriptam videlicet: pro duobus beneficiis confessionis predicte Cappelle auri uncias quatuor et tarenos quinque pro quolibet, uncias octo et tarenos decem. Item pro Corredis Clericorum ejusdem Cappelle uncias viginti quatuor. Item pro luminaribus faciendis in eadem Cappella in diebus feriatis et certis festivitatibus anni uncias septem et tarenos decem. Item pro anniversariis felicium Regum Sicilie predecessorum nostrorum dive memorie unciam unam et tarenos octo. Item pro presbiteris grecis celebrantibus vigilias quinque diebus veneris majoris quadragesime de aqua rosata rotulos quinque candelarum de cera, rotulos duos et dimidium de ligno aloes in pondere tarenos duos et medium. Item vini ad barrile amanthee barrilia quinque. Item pro quatuor aliis vigiliis que celebrantur in eadem Cappella videlicet cena Domini vigilia Beati Johannis Baptiste vigilia Apostolorum Beati Petri et Pauli, et vigilia Assumptionis Beate Marie Virginis vini ad barrile amanthee barrilia quatuor. Item pro campanis funibus canapis necessariis corium bovinum unum et sebi rotulos duos et pro vidanda predictorum Canonicorum et Clericorum frumenti salmas octuaginta, eamdem quantitatem pecunie frumenti vini et rerum eis pro toto predicto anno tertie inditionis. Deinde in antea quolibet anno per eos tribui mandaremus si scilicet per inquisitionem per predictos secretos

et magistros procuratores propterea diligenter et fideliter faciendam eis plene constaret predecessoribus dictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum qui fuerunt pro tempore in eadem Cappella a temporibus illustrium predecessorum nostrorum in antea usque ad tempus predictum communicatis, predictam quantitatem pecunie frumenti vini et aliarum rerum pro predicta causa consuevisse annis singulis de pecunia frumento vino et aliis rebus curie et in eorum defectu de emptitiis a curia recipere et habere tam dictis Cantori Canonicis et Clericis predicte Cappelle vel eorum pro eis nuncio pro predictis causis pro toto predicto anno tertie indictionis si tunc non dum exitum satisfecerant eisdem et deinde in antea quolibet anno de pecunia frumento vino et aliis rebus curie que essent penes manus eorum ratione predicte secretie et procurationis officii et in ipsorum defectu de emendis per eos de eadem pecunia solvere et exibere deberent: nuper autem pro parte Cantoris Canonicorum et Clericorum dicte Cappelle Majestati nostre fuit humiliter supplicatum quod cum de predicta quantitate pecunie frumenti vini et aliarum rerum in predictis literis nostris contenta pro presenti anno quinte indictionis Cantori Canonicis et Clericis vel aliis pro eis nihil extiterit assignatum eamdem quantitatem pecunie frumenti vini et rerum eis pro predicto anno presenti et de inde in antea quolibet anno exhiberi per eos excellentia nostra mandaret; hujusmodi supplicatione clementius exaudita resignatis curie nostre predictis patentibus literis nostris quas mandavimus et facimus lacerari fidelitati vestre mandamus quatenus quia per inquisitionem pridem infra nuper elapsum mensem Martii dicte quinte indictionis apud Panormum factam ex inde per Judicem Philippum Manganarium vestri presentis secreti et magistri procuratoris totius Sicilie in eorum secretie et procurationis officio locumtenentem auctoritate predictarum patentium literarum nostrarum que inquisitio in publicam formam redacta pro parte dictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum eidem curie nostre assignata extitit et in archivio ipsius curie officii rationum servata curie nostre constat predictos predecessores eorum qui fuerunt pro tempore in eadem Cappella a temporibus predecessorum nostrorum in antea usque ad tempus predicte communitatis predictam quantitatem pecunie frumenti vini et aliarum rerum pro predictis causis consuevisse annis singulis de pecunia frumento vino et aliis rebus curie et in eorum defectu de emptitiis a curia recipere et habere eam dictis Cantori Canonicis et Clericis predicte Cappelle vel eorum pro eis nuncio presentes vobis litteras ostendenti pro causis predictis nos videlicet presens secretus et magister procurator totius Sicilie pro toto presenti anno si non dum ex inde satisfecistis eisdem et nos futuri secreti et magistri procuratores totius Sicilie vel dicte civitatis Panormi de inde in antea quolibet anno de pecunia frumento vino et aliis rebus jurium reddituum et proventuum gabellarum jurium et bonorum curie dicte civitatis Panormi ad predicta officia secretie, et procurationis spectantium que sunt et erunt penes manus vestras ratione officiorum ipsorum et in eorum defectu de emendis per vos de eadem pecunia pro parte curie tribuatis, receptori ab eis vel eorum nuncio ex inde apodixas eorum vel nunciis ipsorum sigillo tamen munitas non obstantibus capitulo contento in literis commissionis facte per nos tibi presenti secreto et magistro procuratori totius Sicilie de dictis secretie et procurationis officiis de tota pecunia curie nostre officiorum ipsorum ad nostram cameram trasmittenda et de ea nihil exhibendo personis aliquibus pro quibuscumque causis et negotiis auctoritate quorumlibet mandatorum nostre curie tam patentium quam clausorum missorum secretis et magistris procuratoribus Sicilie nec non Messane et Pan. ac gabellotis gabellarum et jurium curie terre Trapani spectantium ad dicta officia tunc presentibus et futuris tibi et particularibus gabellotis gabellarum et jurium cu-

rie officiorum ipsorum absque literis nostris tibi propterea dirigendis plenam de ipso capitulo facientibus mentionem etiam quibuscumque mandatis nostre curie huic forte contrariis per que presentium exequutio in aliquo impediri valeat vel differri etiam si de ipsis oporteret in presentibus plenam et expressam fieri mentionem quamvis talia mandata deo favente nostrumque benigne prosequente propositum dare nullatenus intendamus, presentes autem literas nostras postquam eas in publicam formam feceritis redigi ad cautelam vestram servandas predictis Cantori Canonicis et Clericis vel eorum nuncio resignetis per eum vestris successoribus ostendendas volumus tamen quod predictas uncias octo et tarenos decem pro predictis duobus beneficiis beneficialibus confessionum ipsorum de predicta pecunia solvere debeatis datum Messane sub parvo sigillo nostro segreto penultimo Aprilis quinte ind. Verum quia pro parte et nomine dictorum Cantoris Canonicorum et Clericorum fuit Majestati nostre nuper humiliter supplicatum et cum dicte priores patentes litere ob vetustatem ipsarum corrodi jam incipiant et vastari eas sibi per nos in dicta forma refici et sigillo Majestatis nostre muniri nostra mandare serenitas dignaremur, hujusmodi supplicatione benigne admissa resignatis per eum pro parte ipsorum dictis patentibus literis in manibus curie nostre quas pro cautela ejusdem curie mandavimus et fecimus lacerari fidelitati vestre mandamus quatenus forma dictarum priorum literarum patentium diligenter attenta eas pro presenti anno septime ind. et ab inde in antea quolibet anno juxta earum continentiam et tenorem executioni debite demandetis. Datum Messane decimoseptimo Novembris septime ind. Unde ad futuram memoriam et prescriptorum Cantoris Canonicorum et Clericorum Cappelle Sacri Palacii felicis urbis predicte cautelam presens scriptum publicum sive transumptum eis ex inde factum est per manus meas notarii publici supradicti meo solito signo signatum nostrum qui supra Judicis et testium subscriptorum subscriptionibus et testimonio roboratum, et est sciendum quod in vigesimaprima linea ubi legitur anno quinte ind. sequi debet hoc verbum eisdem. Item in vigesimaquarta linea apparet abrasum remendatum ubi legitur predictos predecessores obmissum ac abrasum remendatum est per me Notarium publicum supradictum non vitio sed errore nihilominus pro autentico habeatur. Actum in urbe felici Panormo anno loco mense die et inditione premissis.

† *Ego Philippus de Albaneto qui supra judex me subscripsi*

† *Ego Notarius Blasius Notarii Angeli de Reate testis sum*

† *Ego Notarius Philippus Domini Jacobi de Monteulmi testis sum*

† *Ego Johannes de Michaele Clericus testor*

† *Ego Rogerius de Laserra testis sum*

† *Ego Beleniarius de Sancanti testor*

† *Ego Manfridus Scupellius testis sum*

† *Ego Not. de Monesta de Panormo qui supra tam imperiali auctoritate ubique quam regali urbis ipsius Notarius publicus et Judex ordinarius premissa rogatus scripsi et meo solito signo signavi.*

XCIV.

Rex Ludovicus confert Cantoriam S. Petri in R. palatio Can. Francisco de Catania obitu Orlandi de Brunello.

A. 1355.

Ludovicus Dei gratia Rex Sicilie(1). Decet nostram clementiam Ecclesiis quas Ill. Predecessores nostri Reges gloriose memorie pia devotione fundarunt quomodocumque vacantibus illos preficere probabilium conversationis et vite per quos tales Ecclesie valeant ad superne maestatis obsequium laudem et gloriam nostrisque nominis decus circumspectione provida gubernari; presentis itaque scripti serie notum fieri volumus universis tam presentibus, quam futuris. Quod nos attendentes merita probitatis sufficientie et honestatis Ven. Francisci de Cathania Panormitani et Mazariensis Canonici Cappellani familiaris et devoti nostri considerantes etiam grata obsequia per eum a longis retro temporibus gloriosis principibus Dominis Regibus Friderico et Petro nec non Serenissime Domine Regine Elisabeth Illustri Regine Sicilie Dominis avo et genitoribus nostris Felicis recordationis devote fideliter et in defesso animo prestita et que ipse ad presens prestare gratiora non cessat eidem Francisco in vita sua Canonicatum dictum de majuribus et Cantoriam Sacre Cappelle Sancti Petri Palatii nostri felicis urbis Panormi nec non beneficium Ecclesie Sancte Marie de Admirato urbis ejusdem vacantia per obitum venerabilis Orlandi de Brunello de Messana olim Canonici Cantoris et Beneficialis Cappelle et Ecclesie predictarum ad collactionem nostram immediate spectantia cum omnibus oneribus dignitatibus juribus oblationibus proventibus et redditibus eorum prout ea tenebat dictus Orlandus de expressa conscientia certaque scientia et assensu nostris ex nunc in antea liberaliter et gratiose duximus conferenda. In cujus rei testimonium certitudinem et cautelam presens scriptum sibi ex inde fieri jussimus sigillo pendenti maestatis nostre munimine roboratum (2). Datum Cathane per nobilem Bonifacium de Aragonia Regni Sicilie Cancellarium. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto Septembris quartodecimo none indictionis.

R. in Cancellaria.

R. penes Protonotar.

XIIII Sept. apud Cathanam.

(1) Ex autograph. R. Cap.

(2) Sigillum cerae rubrae pene detritum est neque regis imaginem vel ejus epigraphen refert.

XCV.

Rex Fridericus confert Cantoriam S. Petri in R. Palatio Can. Franc. Vitali.

A. 1363.

Fridericus Dei gratia Rex Sicilie ac Athenarum et Neopatrie Dux (1). Delectat clementiam nostram et merito ad honores, et beneficia personas dignitatibus aptas eligere, ubi potissime cultus divine tangitur Majestatis; presentis itaque scripti serie notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod vacante ad presens Cantoria Cappelle Sancti Petri nostri Sacri Panormitani Palatii cum beneficio Sancte Marie de Admirato de eadem Urbe dicte Cappelle connexo morte venerabilis Francisci de Cathania vita sibi Comite Cantoris Cappelle predicte ad collationem nostram spectantibus pleno jure et volentes de Cantore idoneo et sufficiente in dicta Cantoria more divorum Regum predecessorum nostrorum, quantum ad nostram dignitatem regiam dignoscitur pertinere consideratione previa providere, ac de fide sufficientia, vite moribus honestate laudabili venerabilis Francisci de Vitali Panormitani Canonici familiaris, et devoti nostri in sacris ordinibus constituti plurimum fide dignorum testimonio facta nostre excellentissime notitia satis plena, consideratione non minus pure devotionis, et fidei, quam ipse Franciscus erga Majestatem nostram gessit semper, et gerit nec non gratorum, et acceptorum servitiorum Gerardi Bonzuli militis avunculi, et magistri Joannis de Vitali de Panormo magistri Notarii Officii Prothonotariatus regni nostri Patris dicti Francisci consiliariorum, familiarium, et fidelium nostrorum dictis dominis regibus, nostreque celsitudini devote, et fideliter prestitorum, eidem Francisco tamquam benemerito, et condigno cantoriam dicte Cappelle predicti nostri Panormitani Palatii cum eodem beneficio Sancte Marie de Admirato cum omnibus juribus, rationibus, obventionibus, et pertinentiis eorumdem, nec non honoribus, dignitatibus, et prerogativis omnibus ad eandem Cappellam spectantibus quoquomodo consulta deliberatione prehabita de liberalitate mera, plena notitia, et ex certa scientia nostra ex nunc in antea gratiose duximus conferendum Canonicis, Vicariis, Presbiteris, ceterisque Clericis, et personis aliis dicte Cappelle, et ejusdem Ecclesie Sancte Marie de Admirato servitiis dedicatis, quod eidem Francisco tanquam Cantori, et Beneficiali eorumdem per nostram Excellentiam sicut prescribitur ordinato devote pareant, et intendant; tenore presentium de venerabili Magistro Cappellano Capelle nostre consiliario, vel ejus in eodem magistri Cappellanatus Officio in curia Viceregenti familiari, et devotis nostris, quod dictum Franciscum in corporalem possessionem predicte Cantorie dictorum Cappelle, et beneficii Ecclesie Sancte Marie inducat, eumque de ipsorum juribus, rationibus, obventionibus, et aliis supradictis faciat integre respondere per alias Majestatis nostre literas tradentes expressimus in mandatis. In cujus rei testimonium, certitudinem, et cautelam presens scriptum fieri, et sigillo Majestatis nostre pendenti parvo scilicet defectu magni casualiter amissi jussimus communiri. Datum Cathanie per nobilem Enricum Rubeum de Messana Comitem Aydoni, et regni nostri Cancellarium. Anno Dominicae incarnationis millesimo trecentesimo sexagesimo tertio quinto Septembris secunde indictionis.

Reg. in Cancellaria.
Reg. penes Protonotarium.

(1) Ex Autogr. Reg. Cap.

XCVI.

Concessio ad emphit. trium Casalenorum pro tareno uno auri.

A. 1368.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo sexagesimo octavo mense Decembris die undecimo ejusdem mensis septime indictionis regnante serenissimo domino nostro domino Rege Friderico Dei gratia illustri Rege Sicilie, et Athenarum et Neopatrie Duce regni vero ejus anno tercio decimo feliciter amen. Nos Fanus de Judice Fano Judex felicis urbis Panormi Manfridus de Bellupani de Panormo imperiali auctoritate ubique Judex ordinarius atque Notarius publicus et archiepiscopali Panormitane Dioecesis Tabellio publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod venerabilis dominus Franciscus de Vitali canonicus panormitanus et cantor Cappelle Ecclesie Sancti Petri Sacri Regii Palacii de Panormo civis dicte urbis presens coram nobis cupiens bona et jura redditus et proventus dicte Cappelle reducere ad meliorem statum et de bono in melius meliorare et augmentare pro ut de jure tenetur sponte et sollemniter de bona gratuita et spontanea voluntate per se et suos successores in perpetuum emphiteoticavit et dedit et concessit ad emphiteosim seu ad annuum censum tareni auri unius ponderis generalis honesto presbitero Philippo de Milacio concivi suo presenti stipulanti et recipienti ab eo pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum casalina tria cum cortili ipsius proprietarii siti et positi in quarterio Albergarie in contrata Ecclesie S. Venere dicte urbis secus tabernam Not. Petri de Umaldo ex una parte et secus domus Sancte Marie de Marturana parte altera et secus viam publicam unde dicta casalina cum cortile suos habent introitum et exitum vel si qui alii sunt confines, cum omnibus juribus justitiis et legitimis pertinentiis suis et cum omnibus et singulis bujus qui infra supra vel infra predictus continentes confines vel alios si qui forent accessibus et egressibus suis husque ad viam publicam omnique jure usu dominio et requisitione ipso proprietario in pro seu ex dictis casalinis cum cortili concessis ut supra quoquomodo pertinentibus seu etiam spectantibus predicto annuo censu, et dominio et proprietate dictorum casalinorum cum cortili ut supra concessorum nec non omnibus pactis et conventionibus in presenti contractu contentis dicto proprietario suique successoribus in perpetuum remanentibus nihilominus semper salvis, que quidem casalina cum cortili concessa ut supra dictus proprietarius dixit ad se pertinere pleno jure libera et absoluta ab omni alio onere census et omnibus alterius generis servitutis que quidem casalina cum cortili ut supra concessa dictus proprietarius constituit se dicto emphiteotico nomine tenere et possidere donec idem emphiteota ipsorum casalinorum cum cortile possessionem acceperit corporalem quam intrandi capiendi auctoritate propria et retinendi dictus proprietarius ejusdem emphiteote ex mera auctoritate licentia et libera potestate tenuerit et concessit ad habendum tenendum possidendum dandum vendendum donandum alienandum permutandum pro anima judicandum personis licitis et permissis et de ipsis casalinis cum cortili eamque de re emphiteoticata emere id totum et quid quid ipsi emphiteote et suis in perpetuum heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum et promisit et convenit prefatus proprietarius per se et suos successores prefato

(1) Extat autogr. in Arch.

emphiteote per se et suis heredibus sollemniter stipulantibus de predictis casalinis cum cortili vel alique ejus parte eidem emphiteote vel ejus heredibus omni venturo tempore legitime defendere guarentire auctorizare et disbrigare ab omni calumniante persona loco et universitate sub pactis conventionibus infrascriptis inter dictos contraentes sollemniter habitis et confirmatis in contractu presenti videlicet ipsi proprietario suisque successoribus in perpetuum remanentibus nihilominus semper salvis videlicet predictus emphiteota ejusque heredes et successores in perpetuum teneantur et debeant predicta casalina cum cortili construere fabricare et reparare in domibus et de bono in melius meliorare et augmentare de statu in quo nunc sunt et erunt in futurum et non dimittere deteriorari nec non dare solvere tradere et integre assignare seu dari solvi tradi ac integre assignare facere eidem proprietario suisque successoribus in posterum tamen nominate ut predicitur in perpetuum predicti tareni auri unius in festo sanctorum Petri et Pauli quod celebratur de mense Junii omnibus annis. Item quod annui soluptionis annui census incipi et numerari debeat a vicesimo nono Junii instanter septime inditionis proxime venture quia sic nomine convenerunt nec non dicta casalina reparare omnibus modis sicut supra. Item quod liceat ipsi emphiteote suique heredibus et successoribus dicta casalina cum cortili dare permutare et quocumque alio alienationis titulo in alium transeant preter quam Fisco Comiti Baroni Ecclesie Universitati vel alterius alii potenti persone requisito prius nomine dicto proprietario seu successoribus nostri ratione consensu et ut ad requisitionem ipsius dictus proprietarius vel sui successores ipsa casalina cum cortili emere voluerit dictus emphiteota ejusque heredes vel successores ipsa casalina cum cortili sibi vendere teneantur et debeant pretio auri uno minus eo pretio quod tunc nomen reperietur et ut si ipsa emere recusaverit, in eo casu idem emphiteota ejusque heredes et successores teneantur et debeant dare et solvere prefato proprietario suique successoribus aut destrandum eamdem per consensu heredum suorum proprietario auri tamen minus dicto annuo censu ac dominio et proprietario dictorum casalinorum cum cortili nec non omnibus pactis et conventionibus in presenti contractu contentis omni cum casu venditionis et alienationis eorumdem ipsi proprietario suique successoribus in perpetuum remanentibus nihilominus semper salvis. Item quod si dictus emphiteota ejusque eredes vel successores cessaverint per biennium in soluptione dicti annui census in eo casu liceat ipsi proprietario suique successoribus auctoritate propria et sine licentia curie vel magistratus decreto ipsa casalina cum cortili cum novo suo benefacto ad se penitus revocare et etiam sibi adjudicare aliqua lege in contrarium non obstante quod in hujusmodi revocationibus jure ordinario procedatur aliquatenus non obstante cum ex nunc pro ut ex tunc dictus emphiteota ipsis legi consuetudini et omni earum virtute solemniter expresse etc. Item quod dictus emphiteota incontinenter ad ejus expensas teneatur et debeat de presenti contractu facere duo consimilia instrumenta, unum ad cautelam ipsius proprietarii et alium ad cautelam dicte emphiteute elapsos duos menses numerandos a presenti die. Que omnia et singula supradicta instrumenta nominibus quibus supra sibi instrumentum promiserunt et convenerunt sollemniter stipulari habeant. Inde intervenientibus semper rata et firma habere tenere et inviolabiliter observare et contra non facere vel venire per se vel alicui aliquomodo ingenio et ratione vel tam de jure vel de facto ipseque attendere et affirmare et adimplere in omnem eventum et sine aliqua diminutione in pace et de plano sine lite et omni quocumque modo et inde sine strepitu omni libello petitione dilatione exequutione et appellatione remotis et ab eisdem partibus ex nunc pro ut ex tunc per pactum sollemne etc. ratis sub pena unciarum auri unius ad opus curie et pactia predicta servantis et servari volentis. a me predicto Not. pro parte ipsius curie

sollemniter stipulata et sb eisdem partibus sollemni stipulatione promissa ex conventione tenemus committatur et contiquos in solidum contrahentes stipulantibus factum fuerit in premissis vel aliquo premissorum ac refectinne damnorum et expensarum litis et extra et snb ipoteca et obligatione omnium bonorum eornm habitorum et habendnrum et possessione et ricuperstione omnium et singulorum premissorum vigore presentis contrsctns possit juxta ritum Magne Regie Curie servatum in debitis de quibus instrumenta publica producuntur in persona et bonis presentibns sed et de omnibus ipothecis in instrumentis spponi solitis et in presenti contraetu intervenerunt juramenta quia sic est in eos per pactum sollemniter quesitum, eumque predictis omnibus et singulis dicti contraeutes sollemniter et expresse ratificaverunt omnibus extra doli mali metus tam et in paetum nbservaverint. Sine cansa privilegii fori et legi et illi panormitane consuetudini qua psnormitanos cives a penis in instrumentis appositis liberat contrahentes, et juribus canonicis et civilibus scriptis et nnn scriptis et omni alio jurium et legum anxilio quibus contracta supradicta vel aliquod predictorum possit se aliquatenus vel tueri a dicta pena, et pena ipsa soluta vel nnn et omnia et singula supradicta rata maneant stque firma et qund presens contractus emphiteutis et extra pactus in fraudem consaguinei vel alicujus persone habentis jus dictornm casalinnrum eum sit supra concessnrum recuperatione dicte consanguinitatis vel universitatis propterea dicti contrahentes libere ad sancta Dei Evangelia corporaliter juraverunt. Unde ad futuram memnriam et dictnrum predictorum eredum et successorum eorum in perpetuum cautelam presens publicum iustrumentum ex inde factum est per manus mei predicti Ntarii Manfredi meo solito signn signatum mei predicti Judicis et subscriptorum testium subscriptinnibns et testimonio roboratum et est sciendum qnod in tricesima tertia linea ubi legitur in presenti sequi debet hoc verbum contractu. Item in tricesima septima linea ubi legitur pro ut ex tunc sequi debet verba hec ex tunc pro nt ex nunc. Item in quinquagesima secunda linea ubi legitur cum sequi debet hoc verbum contractu. Item in tricesima septima linea ubi legitnr pro ut ex tune sequi debet verba hec ex tunc pro nt ex nnnc. Item in quinquagesima secunda linea ubi legitur cnm sequi debet hoc verbum cortili. Ideo emendatum est per me Notarium publicum supradictum non vitio sive errore pro autentico habeatur. Actum in urbe felice Pan. anno mense et indictione premissis.

† *Egn Fanus de Judice Fano qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Fridericus de Alfano testis sum.*

† *Ego Presbiter Nicnlaus de Godo Clericus de Pan. testnr.*

† *Egn Nicolaus de Zuccaro Clericus Pan. testor.*

† *Ego Manfridus de Bellupani de Panormn qui supra imperiali auctoritate ubique Judex ordinarius atque Notarius publicus et archiepiscopali panormitane dinecesis publicus tabellio rogatus scripsi et solito men signo signavi.*

† *Testes Presbiter Fridericus de Alfano, Nicholaus de Zuccaro Clericus, Nicolaus de Messana, Nicolaus de Grado Clericus, Simon Russus Clericus.*

XCVII.

Rex Fridericus confert Franc. Vitali Cantori jurisdictionem in caussis civilibus et criminalibus Regiae Capellae.

A. 1369.

Fridericus Rex etc. (1) Venerabili Francisco Vitali Cantori Cappelle Sacri nostri Panormitani Palatii familiari devoto etc. de fide, sufficientia ac legalitate, ac morum honestate, nos nostra celsitudine plenarie confidentes tibi jurisdictionem cognitionis causarum criminalium, et civilium in Cappella ipsa et ejus Clericis ad dignitatem nostram pleno jure spectantes recepto prius a te devotionis, et predicte jurisdictionis bene fideliter et legaliter exercende corporali et debito ad Sancta Dei Evangelia juramento ex nunc in antea duximus committendam: quare devotioni tue committimus, et mandamus predictam jurisdictionem in eisdem Cappella et Clericis ad honorem et fidelitatem nostri culminis dictorumque Cappelle Clericorum statum prosperum, et tranquillum fideliter et legaliter exercens singulis dictorum Clericorum coram te conquirentibus super causis et questionibus tam civilibus quam criminalibus eorumdem, Deum habendo semper pre oculis, justitiam administres ita quod ipsorum aliquem non oporteat defectu justitie nostram repetere majestatem officialibus dicte urbis, ad quorum hoc spectat officia quod super premissis assistant ad omnem requisitionem tuam ope, consilio et auxilio opportunis, dictisque Clericis quod tibi tamquam ad hec per nostram excellentiam specialiter delegato pareant et intendant, dantes expressius tenore presentium in mandatis. Datum Messane nono Martii octave indictionis anno Dominice incarnationis M.CCC.LXVIIII.

(1) In libro Cancell. f. 79.

XCVIII.

Concessio Xirbae et Mandrae facta per Cantorem Canon. et Conredatos S. R. C.

A. 1369.

In nomine Domini Jesu Christi amen (1). Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo sexagesimo nono mense die nono ejusdem mensis septime indictionis regnante serenissimo domino nostro domino Friderico Dei inclito Rege Sicilie Athenarum et Neopatrie Duce regni vero ejus anno quartodecimo feliciter amen. Nos Bartholomeus de Parrita Judex ordinarius Pan. Petrus de Maylando imperiali auctoritate ubique ac regia totius insule Sicilie judex ordinarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur. Quod reverendus dominus Franciscus de Vitali venerabilis Cantor Sacri Regii Palacii dicte urbis ac Pan. Canonicus una cum domino Philippo de Pattis Sacre Regie Cappelle dicti Palacii, domino Joanne de

(1) Ex Autogr. in R. Cap.

Precopo Conredato Cappelle ipsius et Canonico Panor. et presbitero Friderico de Alfaoo Conredato et Subcantore Cappelle predicte presentes coram nobis capitulum facientes seu tenentes cupientes et affectantes bona omnia dicte Sacre R. Cappelle spectantia ad communitatem dictorum domini Cantoris Canonicorum et Beneficiatorum Cappelle jam dicte de bene in melius augmentare et meliorare tam nomine proprio quam nomine et pro parte aliorum Canonicorum Conredatorum et Beneficiatorum Cappelle jam dicte in presenti concessione absentium sponte emphitiocaverunt sive habere concesserunt ad annuum censum tarenorum auri trium ponderis generalis Friderico Longo apothecario civi urbis predicte pro se et suis in perpetuum haeredibus et successoribus recipienti ex bonis stabilibus dicte comunitati pervenientibus (2) xirbam unam cum mandra dicte xirbe contigua et collaterali sitam et positam in quarterio Albergarie dicte urbis in contrata Ballaro per suos inferius designatas ad habendam tenendam dictas xirbam et mandram cum omnibus suis juribus et pertinentiis que intra supra infra et extra se in integrum continetur per eumdem Fridericum emphiteotam et suos in perpetuum heredes et successores dandum vendendum alienandum permutandum pro alia judicandum et faciendum de eis et in eis ut veri domini et patroni facere possunt de rebus suis pactis et conventionibus infrascriptis et inter dictos contrahentes sollemniter initis et habitis dicta concessio facta est semper salvis, que pacta et conventiones sunt haec videlicet quod dictus Fridericus emphiteota heredes et successores suos in perpetuum teneantur et debeant solvere tradere et integre assignare dictum annuum censum dicto domino Cantori vel successoribus suis et capitulo canonicorum conredatorum et beneficiatorum dicte Sacre Regie Cappelle anno quolibet in festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli quod celebratur vicesimonono Junii quod annuum censum dicti dominus Cantor et capitulum pro anno presentialiter coram nobis pro anno presenti receperunt et integre habuerunt et singulis annis in perpetuum successive. Item non liceat nec sit licitum dicto Friderico emphiteote heredibus vel successoribus suis dictum tempus emphiteoticatum in toto vel in parte vendere donare legare nec modo aliquo in aliquem trasferre vel alienare et aliis ecclesiasticis personis comitibus baronibus vel aliquibus potentibus personis quibus dictum annuum censum posset amitti vel detineri nisi tamen a jure licitis et permissis et si aliquo processu temporis dictum corpus emphiteoticatum in toto vel in parte vendere voluerint teneantur et debeant primo requirere dictum Cantorem et Capitulum dicte Sacre Regie Cappelle vel eorum successores de eo emendo et si ad eamdem requisitionem ipsum emere voluerint possint ipsum habere pretio auri tribus ponderis generalis minus de pretio quod inveniri poterunt a quocumque et si ad eamdem requisitionem ipsum emere noluerint teneantur et debeant solvere tradere et integre assignare dicto domino Cantori et Capitulo ejusdem Sacre Regie Cappelle vel eorum successoribus qualibet vice dictum corpus in toto vel in parte vendetur pro prestando consensu dictos tarenos tres. Item si cessatum fuerit idem eumdem emphiteotam heredes vel successores eorum a solutione dicti canonis per biennium quod liceat dicto domino Cantori et Capitulo ejusdem Cappelle vel eorum soccessoribus dictum corpus emphiteoticatum cum omnibus bonis factis et meliorationibus in eo inveniendis ad se et eorum dominium libere revocare absque licentia curie magistratus decreto non obstante etiam consuetudine dicte urbis dictante qua predicta ad emphiteosim coocessa ordine judiciario debeant revocari cum consuetudinis beneficio dictus emphiteota ex nunc pro ut ex tunc specialiter et expresse recusavit consetientes se dicti dominus Cantor Capitulum ejusdem Sacre Regie Cappelle dictum corpus emphiteoticatum cum

(2) Ab arabica voce *Sciarabo vinum*, apotecha vini.

omnibus suis juribus supradictis nomine et pro parte dicti Friderici emphiteote tenere et possidere donec de eodem possessionem aprehenderit corporalem quam entrandi capiendi ıctiucndi et faciendi anctoritatem sibi prestiterunt et plenariam potestatem. Item tenetur et debeat idem Fridericus suis sumptibus et expensis ad eorum cautelam successorum et dicti Friderici heredum et suorum successorum fieri facere duo consimilia instrumenta unum videlicet dicte Sacre Cappelle assignare et requirere retinere promittentes nihilominus et convenientes dicti dominus Cantor et Capitulum dicte Sacre Regie Cappelle tam nomine proprio quam nomine aliorum absentium et eorum successorum in perpetuum sollemni stipulatione dictum corpus emphiteoticatum cum omnibus suis juribus et pertinentiis supradictis legitime defendere garentire manutenere disbrigare et autorizzare ab omni calumniante et contradicente persona extranea vel propinqua publica vel privata ecclesiastica vel seculari et universitate seu fisco et dictus corpus emphiteoticatum in toto vel in parte consenso valenti vel preminenti jure utilis dominii, vel quasi, seu hipotece et tam causa cauctionis quam in soluptione canonis quia in quocunque jure et via procedatur in ea supradictum novum ritum in parte eorum lite presens contractus sit de rationibus dicti ritus capitulis comprehensis cum sit ex pacto inter eosdem contrahentes sollemni stipulatione vallata. Que omnia et singula supradicta dicti contrahentes ad invicem una pars alteri sollemniter stipulanti promiserunt et convenerunt per stipulationem sollemnem dicti dominus Cantor et Capitulum dicte Cappelle per se et successores eorum et dictus Fridericus per se et suis in perpetuum heredes et successores attendere et inviolabiliter observare et attendi et inviolabiliter observari facere in omnem eventum et suam aliquam diminutionem in parte et de plano sine lite et curie querimonia et judiciorum strepitu omni libello petitione dilatione suplicatione et appellatione remotis et per pactum sollemniter remissis sub hypoteca et obligatione omnium bonorum dicte communitati pertinentium et prefati Friderici presentium et futurorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis extra et sub pena unciarum auri duarum ad opus curie et partis servata a me predicto Notario publico pro parte ipsius curie sollemniter stipulata et a dictis contrahentibus ultro promissis et comittenda semel vel pluries et conventione promissis omnibus in suo robore duraturis renunciatis per eosdem contrahentes expremissis omnibus et singulis vesticiis generaliter et specialiter ex espressis omnium legum canonum constitutionum consuetudinum capitulorum imperialium et regalium novorum et veterum auxilio igitur doli mali metus causa et in formam subsidiaria privilegio fori legum si convenerit panormitana consuetudine dictante et competente et ceteris pactis emphiteoticis que legi non possunt. Actum in dicta urbe Pan. anno mense die et indictionis premissis.

† *Ego Bartholomeus de Parrita qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Philippus de Claramonte clericus testor.*

† *Ego Petrus de Ogubio clericus testor.*

† *Ego Marinus de Maltisio clericus testor.*

XCIX.

Fridericus facultatem praebet proficiscendi ad studium Bononiense Francisco de Vitali Cantori R. C.

A. 1369.

Fridericus etc. (1). Venerabili Francisco de Vitali de Panormo Cantori Sacri sui Palatii Panormitani familiari, et devoto suo etc. Pro parte tua nostre fuit noviter Majestati humiliter supplicatum, ut cum veniente proximo futuro mense Septembris intendas ad Bononiense, vel aliud studium generale causa studendi in jure canonico proficisci, ibique spatio trium annorum, vel quatuor commorandi, tibi licentiam eundi, et commorandi ut supra, impertire benigniter nostra serenitas dignaretur; qua supplicatione benigne admissa talem propositum gratum habentes, tibi licentiam consonam supplicationi predicte tenore presentium gratiose duximus concedendam. Ita tamen quod in eadem Cappella super administratione dicti officii Cantorie, et jurisdictionis in Cappella ipsa, et Clericis ejus tibi nuperius per excellentiam nostram commisse aliquem fide dignum, de quo merito confidendum, subrogare debeas loco tui. Datum Messane die octave indictionis.

(1) Ex Registr. Reg. Cancell.

C.

Concessio mediet. Casalini facta per Franc. de Vitali Cantorem R. C.

A. 1371.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo primo mense novembris die undecimo ejusdem mensis decime indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Rege Friderico Dei gratia inclito Rege Sicilie, et Atheoarum et Neopatrie Duce regni vero ejus anno sextodecimo feliciter amen. Nos Angelus Confalonus Judex felicis urbis Panormi Mattheus de Symone de Panormo tam imperiali auctoritate ubique quam regali in dicta urbe Judex ordinarius atque Notarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod venerabilis dominus Franciscus de Vitali Canonicus panormitanus ac Rev. in Christo patris et domini domini Fratris Matthei Dei et Apostolice Sedis gratia Archiepiscopi panormitani in spiritualibus Vicarius generalis et Cantor Sacri Regii Palacii dicte urbis Panormi cupiens bona ipsius officii Cantorie de bono in melius augmentare coram nobis nomine dicti sui officii emphiteoticavit dedit et habere concessit ad emphiteosim seu ad annuum censum tarenorum auri trium et gran. decem ponderis generalis discreto viro Not. Nicolao de Maestro Dominico scriptori

(1) Extat autogr. in Arch.

et Lucie jugalibus civibus dicte urbis presentibus petentibus et recipientibus ab eodem Vicario per se et suis heredibus et successoribus in perpetuum medietatem pro indiviso cujusdam casalini discoperti ipsius Cantorie ad dictam Ecclesiam pleno jure spectantem ut diximus videlicet ad Ecclesiam Sancte Marie de Admirato coniuntam officio dicte Cantorie situs et positus in Cassaro dicte urbis in contrata Sancte Marie de Admirato urbis ejusdem secus casalinum Not. Antonii Cappa ex una parte et secus aliud casalinum predicte Ecclesie pretitulato die concessum per dictum Vicarium magnifico militi de Consentino ad annuum censum tarenorum auri trium et gran. decem ex altera parte quadam vanella publica mediante per quam itur ad monasterium Sancte Marie de Marturano de urbe predicta et si qui alii seu aliter sunt confines. Totum cum omnibus juribus rationibus jostitiis et justis et legitimis pertinentiis suis et cum omnibus et singulis qui supra se cum infra se intra vel infra se in integrum continetur libere et expedite ab omni alio onere census cujuslibet alicujus servitutis sub pactis et condictionibus infrascriptis inter dictos contrahentes sollemniter stipulatis habitis et firmatis in contractu presenti videlicet quod anni soluptionum annui census predicti incipi et numerari debent in festo Apostolorum Petri et Pauli quod celebratur vicesimo octavo mensis Junii cujuslibet anni incipiendo ad solvendum dictum censum in festo predicti anni undecime indictionis prossimo venturo pro anno presenti decime indictionis ex tunc in antea in quolibet anno in perpetuum inclusive. Item quod dicti emphiteote per se et eorum heredes teneantur et debeant ac sollemni stipulatione promiserunt et convenerunt predicto domino Vicario et successoribus suis sollemniter stipulantibus prefatam medietatem predicti casalini ut supra concessi fabricare seu fabricari facere eorum expensis juxta posse eorum ipsumque de bono in melius augmentare. Item quod prefati emphiteote tenentur et debeant ut supra de presenti concessione facere duo publica consimilia instrumenta unum ad cautelam ipsius Ecclesie et successorum suorum alium penes ipsos emphiteotas ad sui et heredum eorum cautelam penitus remaneat. Item si forto aliquis tractu temporis prefati emphiteote vel sui heredes et successores cessaverunt seu cessaverint in soluptione dicti census per biennium aut contrafecerint in premissis vel aliquo premissorum quod ipso facto cadant a jure et dominio eorum et ex tunc in antea liceat et licitum sit predicto Vicario et suis successoribus predictam medietatem predicti casalini ut supra concessi cum suo melioramento in eo facto ad ejusdem Vicarii et successorum suorum pristinum dominium et possessionem licite revocare pena lege seu defensa aliqua ad hec aliquatenus non observata nón obstante etiam illa consuetudine panormitana, qua cautum quod predia concessa ad emphiteosim seu ad annuum censum ordinario judicio debeant iterari cui consuetudini et ejus beneficio predicti emphiteote ex nunc pro ut ex tunc et ex tunc pro ut ex nunc renunciaverunt expresse. Item quod non liceat nec licitum sit predictis emphiteotis et horum heredum prefatam medietatem predicti casalini cum dicto melioramento vendere nec alienare nec in alicujus alienationis titulo trasferre in Ecclesiam fiscum comitem baronem militem monasterium, nec in aliquam aliam potentem et privilegiatam personam nisi personis licitis et permissis cum pactis in condictionibus supradictis et infrascriptis ac onere supradicto, quam quidem medietatem predicti casalini ut supra concessi cum omnibus juribus et pertinentiis suis prefatus Vicarius nomine quo supra constituit se proprietario possidere nomine et pro parte predictorum emphiteotarum donec predicti emphiteota et quilibet eorum predictam medietatem predicti casalini modo supra concessi corporalem aprehenderint possessionem ad quam possessionem intrandi capiendi et retinendi deinceps titulo concessionis predicte prefatus Vicarius nomine sui of-

ficii supradicti ejusdem emphiteote in cuilibet eorum auctoritatem licentiam et liberam potestatem tribuit et concessit habendi tenendi perpetuo possidendi dandi vendendi alienandi permutandi et pro anima judicandi et de ea et in ea faciendi totum velle et desiderium suum heredumque suorum salvis semper in omnibus et per omnia censu predicto ac pactis et condictionibus supradictis permittens et conveniens prefatus dominus Vicarius per se et successores suos predicto emphiteota sollemniter stipulantibus predictam medietatem predicti casalini ut supra concessi cum omnibus juribus et pertinentiis suis semper legitime defendere et guarentire ab omni calumniante et contradicente persona ecclesiastica et seculari extranea et propinqua publica et privata quam quidem concessionem et omnia et singula supradicta prefatus Vicarius nomine quo supra per se et successores suos, et dicti emphiteote per se et heredes suos promiserunt et convenerunt una videlicet pars alteri sibi ad invicem sollemniter stipulante semper sollemnibus stipulantibus hinc inde intervenientibus semper et omni venturo tempore rata grata et firma habere tenere attendere et observare et contra non facere vel venire per se et alio eorum nomine aliquo modo ingenio actione vel causa de jure vel de facto ipsaque attendere et efficaciter adimplere in omnem eventum et sine aliqua diminutione in pace de plano sine lite et ante querimoniam et judicium strepitum omni libello petitione dilatione exactione et appellatione remotis; per pactum sollemne remissis et expresse renunciatis sub hypoteca et obligatione omnium bonorum ipsius Ecclesiae et predictorum emphiteotam et cujuslibet eorum presentium et futurorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis et extra , et sub pena tarenorum auri centum ad opus Curie et partis promissa servantis et servare volentis a me Not. publico supradicto pro parte ipsius Curie sollemniter stipulata, et a predictis contrahentibus in solidum sponte promissa: et pro observatione presentis contractus possit exerceri novus ritus Magne Curie observatis indebitis de quibus instrumenta publica producuntur juramento vallata ac si predicti contrahentes jurassent licet non juraverint et ac si presens contractus esset de casibus dicti ritus licet non sit de casibus ipsis in eodem ritu comprehensis supradictis omnibus et singulis et quolibet premissorum prefati contrahentes, et quilibet eorum specialiter generaliter sollemniter et expresse renunciaverunt omnibus exactionibus doli mali metus causa et in factum subsidiarie condictionis jure causa, privilegio fori legum si convenit. Rei non sicut ut foret fore geste feris omnibus illius panormitane consuetudini qua panormitanos cives a penis in instrumentis appositis liberat contrahentes et generaliter ceteris juribus canonicis et civilibus scriptis et non scriptis omnibus aliis legibus consuetudinibus privilegiis beneficiis ac constitutionibus imperialibus et regalibus novis et veteribus nec non beneficio restitutionis in integrum auxilio Velleyani et senatus consultus, et omni alio juris et legum auxilio quibus contra predicta vel aliquod predictorum, possit se juvare aliquatenus vel noceri et presertim a dicta pena qua pena soluta exacta commissa vel non, omnia et singula supradicta rata maneant atque firma, preterea prefati contrahentes videlicet dictus dominus Vicarius in conscientia sua et prefati emphiteote juraverunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro quod presens contractus fuit et est vere contractus emphiteoticarius seu censualis et non simulato colore factus in fraudem consanguinei vel Vicarii. Unde ad futuram memoriam et prefatorum contrahentium et cujuslibet eorum et heredum et successorum eorum cautelam facta sunt ex inde de presenti concessione duo publica consimilia instrumenta unum videlicet ad cautelam predicti domini Vicarii et successorum suorum et aliud penes ejusdem emphiteotam omni modo conservatum per manus mei Notarii publici supradicti meo solito signo signatum nostrorum qui supra Judicis et Not. et subscriptorum testium sub-

scriptionibus roboratum. Actum in Urbe predicta anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Angelus Confulonus de Panormo Judex me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Joannis de Percope Canonicus Pan. testor.*

† *Ego Not. Stefanus de Candilino de Panormo testor.*

† *Ego Not. Bartolomeus de Craffalla de Pan. testor.*

† *Ega Petrus de Leontini testor.*

† *Ego Matteus de Symone de Panormo qui supra tam imperiali auctoritate ubique quam regali in dicta Urbe Judex ordinarius atque Not. publicus premissis omnibus interfui rogatus scripsi firmavi meique solito signo signavi.*

Testes Symon Petrus de Leontino, Not. Bartolomeus de Graffalla Syri Jacobus de Amidola, Not. Stefanus de Candelario, dominus Joannes de Percopo Canonicus Panormitanus, Philippus de mancuma, et Nardus de Vitali Clericus.

CI.

Concessio Ecclesiae Ss. Trinitatis facta per Franc. Vitali Cant. Consororibus disciplinantium.

A. 1370.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo mense februarii quarto ejusdem mensis decime indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Rege Friderico Dei gratia inclito Rege Sicilie et Athenarum Neopatrie Duce regni ejus anno vicesimo secundo feliciter amen. Nos Mattheus de Petro Judex felicis urbis Panormi Henricus de Cortisio de Panormo imperiali auctoritate ubique et regali ejusdem urbis Judex ordinarius atque Notarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod venerabilis et honestus Dominus Franciscus de Vitali panormitanus Canonicus et Cantor Sacre Cappelle Regii Palacii dicte urbis presens coram nobis, sponte et solemniter locavit et ex ipsa causa locationis dedit et habere ad emphiteosim seu ad annuum censum tarenorum septem et gran. decem ponderis generalis Constancie mulieri de Confalono, Sibilie mulieri de Dominico et Flori mulieri de Trayna presentibus et recipientibus ab eodem tam per se quam etiam pro omnibus consororibus suis tam que sunt in presenti quod que esse poterunt in futurum pro annis viginti novem dumtaxat. Totum usum Ecclesie vocatum Sancte Trinitatis cum cortili et domibus ad eamdem Ecclesiam et Cappellam predictam pertinentem seu etiam spectantem quoquomodo sicut et positum in contrada Calcarie (2) Majoris panormitane Ecclesie secus hospicium heredum condam domini Matthei de Judice ex una parte et secus cortile quod olim fuit Domine Angelice de Festis uxoris quondam Sauchii de Sizera ex altera et secus viam pu-

(1) Ex Autogr. Reg. Cap.

(2) In Ecclesiis olim Palatinae Cap. suffraganeis recensetur Ecclesia Ss. Trinitatis de Coperto appellata.

blicam et alios confines cum omnibus suis juribus et pertinentiis suis, et cum omnibus et singulis que intra infra supradictum et circa se in integrum continentur ad habendum tenendum possidendum ibidemque disciplinandum et earum disciplinam faciendum toto predicto tempore prefatorum viginti novem annorum, sub pactis et condictionibus infrascriptis videlicet quod dicte emphiteote et successores earum teneantur ac tenent et debeant dictum censum tarenorum septem et gr. decem anno quolibet dictorum viginti novem annorum dare solvere et assignare eidem domino Francisco seu per legitimum procuratorem in festo Sancte Lucie cujuslibet anni incipiendo tamen ad solvendum bujusmodi censum tarenorum septem et gr. decem a festo Sancte Lucie proximo venturo quod perveuit in anno proxime indictionis in antea continuo numerando. Item quod dicte domine teneantur et debent continuo dare tradere et assignare eidem domino Francisco quartam partem cere omnium defunctorum qui intraverint seu pervenire poterint ad eamdem ecclesiam ex eisdem mortuis seu defunctis, ipsamque ecclesiam non destruere nec destrui permittere, immo ipsam beneficare et meliorare, quam ecclesiam seu usum ipsius cum omnibus juribus et pertinentiis suis ut supra idem dominus Franciscus promisit et convenit per sollemnem stipulationem eisdem duabus sollemniter stipulantibus per se et successores suos sibi legitime defendere manutenere et guarautire ab omni calumniante persona extrinseca vel propinqua publica vel privata ecclesiastica vel seculari, tam in judicio quam extra, dicteque sorores teneantur fieri facere de premissis duo publica consimilia instrumenta eorum sumptibus et expensis, unum ad earum cautbelam et alterum eidem concedenti, que omnia et singula supradicta dicte domine promiserunt et convenerunt per sollemnem stipulationem prefato domino Francisco sollemniter stipulanti semper rata et firma habere tenere et inviolabiliter observare et in nullo contrafacere vel venire in omnem eventum in pace de plano sine lite et questione omni libello petitione dilatione suplicatione et appellatione remotis et per pactum sollemne remissis sub hypoteca et obligatione omnium bonorum suorum habitorum et babendorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis et extra et sub pena unciarum auri duarum ad opus curie et predicti domini Francisci per me predictum Notarium publicum pro parte curie sollemniter stipulata et ab eisdem dominabus sponte promissa, ratis manentibus et minus omnibus et singulis supradictis renunciantibus per easdem dominus sollēmniter et generaliter specialiter et expresse omni fori privilegii legum canonum auxilio privilegio fori et legi conveniunt omnibus constitutionibus imperialibus et regalibus, novis et veteribus et extra doli mali metus causa et in finem subsidiaria et qualibet alia extera ceterisque juribus et legibus Canonicis et civilibus, scriptis, quibus vel eorum aliquo contra premissa vel aliquid premissorum facere seu venire possent et absolvere dicte pene se exhibere vel tueri qua pena commissa soluta vel non premissa omnia in eorum semper robore perseverent. Unde ad futuram memoriam et tam predictarum dominarum et aliarum quarum interest vel intererit seu interesse poterit cautelam quam etiam ejusdem concedentis certitudinem facta sunt duo publica consimilia instrumenta per manus mei Notarii predicti publici meo solito signo signata, quorum unum scilicet presens eisdem emphiteotis ad eorum successorum cautelam extit assignatum alterum vero penes eumdem concedentem ad ejus et successorum suorum cautelam retentum, nostrum qui supra Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. Actum in urbe predicta anno mense die indictione premissis.

† *Ego Mattheus de Petra qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Fridericus de Alfano terminator majoris panormitane ecclesiae testor.*

† *Ego Joannes Intresi presbiter de Ammirato testor.*

Ego Bernardus Figuera Cantor Sacre Cappelle Palacii Regii felicis urbis Panormi omnia et singula contenta in presenti instrumento concessa per hon. Vir. Franciscum de Vitali predecessorem meum dictis dominabus ratifico et confirmo viribus meis et eorum successorum in dicta Cantoria pro ut in presenti instrumento continetur in omnibus semper salvis.

† *Ego Hensicus de Cortisio de Panormo qui supra imperiali auctoritate ubique etiam regalis ejusdem urbis Judex ordinarius atque Notarius publicus predicta et meo solito signo signavi.*

Testes Presbiter Fridericus de Alfano, Not. Bartolomeus Grofalla, dominus Paulinus de Uridina, Presbiter Joannes Intresi de Admirato.

CII.

Concessio Emphit. domus Regiae Cappellae pro annuo censu taren. septem et gran. quind.

A. 1382.

In nomine Domini amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo secundo mense Aprilis undecimo ejusdem mensis quinte indictionis Regnante serenissima domina nostra Maria Dei gratia illustri Regina Sicilie ac Athenarum et Neopatrie Ducissa regni ejus anno quinto feliciter amen. Nos Joannes de Silvestro Judex felicis urbis Panormi Henricus de Cortisio de Panormo imperiali auctoritate ubique et regali ejusdem urbis Judex ordinarius et Notarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod venerabilis dominus Franciscus de Vitali Panormitanus Canonicus et Cantor Sacre Cappelle Regii Palacii predicte urbis Panormi coram nobis sponte et sollemniter dedit et habere concessit Rose mulieri de Guillielmo Lombardo civi dicte urbis presenti et recipienti ab eo pro se suisque heredibus in perpetuum ad emphiteosim seu ad annuum censum tarenorum septem et grana quindecim domum cum cortili simul conjunctam in quadam parte Aldicrius de Bartolomeo vita sibi comite habitabat et morabatur sitam et positam in quarterio Albergarie dicte urbis secus domum Gualterii de Guttulu ex una parte et secus casalinum Sancte Trinitatis ex altera via publica et alios confines spectantem ad Cappellam supradictam cum omnibus suis juribus et pertinentiis ac cum omnibus et singulis quam intra infra et circa se in integrum continentur sub pactis et conventionibus infrascriptis videlicet quod predicta Rosa et heredes sui teneantur ac tenentur et debent dictum censum tarenorum septem et grana quindecim solvere dare et assignare eidem domino Francisco et successoribus suis anno quolibet in perpetuum in festo S. Petri quod celebratur decimo octavo mensis Junii cujuslibet anni incipiendo tam ad solvendum hujusmodi censum tarenorum septem et gr. ab octavo mensis Junii proximi venturi anni sexte indictionis in antea continuo numerandum. Item quod dicta emphiteota et heredes sui teneantur et debeant domum predictam beneficare meliorare et de bono in melius augmentare. Item quod dicta emphi-

(1) Ex origin. servato in Arch. Reg. Cap.

teota nec heredes sui non valeant nec debeant dictam domum in toto nec in parte vendere donare permittere seu modo aliquo alienare in ecclesiam fiscum comitem baronem seu in aliquam aliam privilegiatam proibitam potentem personam et si forte ipsam vendere voluerint licitis tamen et permissis personis teneantur et debeant imo requirere eumdem concedentem vel successores ejus si ipsam emere voluerint et si forte ipsam emere voluerit preferatur omnibus aliis emptoribus minori pretio quod ab aliis poterit inveniri tarenorum septem et gr. Item quod si forte dicta empbiteota vel heredes sui cessaverint per biennium in solutione hujusmodi census tarenorum septem et gr. quindecim licitum sit eidem concedenti et successoribus suis domum ipsam cum toto beneficio et melioramento inveniendo ibidem eorum auctoritate propria sine jussu curie et magistratus decreto intrare capere et ad suum pristinum dominium libere revocare non obstante illa panormitana consuetudine que de hujusmodi revocatione specialiter loquitur quo ordinario modo procedatur cui consuetudini dicta emphiteota ex nunc pro ut ex tunc et tunc pro ut ex nunc sponte et expresse renunciavit. Constituens se dictus dominus Franciscus predictam domum cum omnibus suis juribus et pertinentiis nomine et pro parte dicte Rose precario possidere donec predicta emphiteota eamdem domum cum cortili predicto et omnibus suis juribus et pertinentiis corporalem intraverit et acceperit possessionem quam accipiendi intrandi capiendi et retinendi dictus concedens auctoritatem licentiam et plenariam potestatem eidem Rose tribuit et concessit domum ipsam cum cortili prefato habendi tenendi et possidendi dandi vendendi alienandi permutandi et pro anima judicandi et faciendi de ea et in ea cum toto cortili predicto et suis juribus et pertinentiis totum velle et desiderium suum et heredum suorum tamquam de re propria sine ejusdem concedentis condutione aliqua salvo semper in omnibus et per omnia censu predicto ac pactis et conventionibus prohibitis. Quam domum cum cortili suisque juribus et pertinentiis idem concedens promisit et convenit per sollemnem stipulationem per se et successores suos eidem empbiteote per se et suis heredibus sollemniter stipulanti sibi semper legitime defendere et manutenere ab omni calumniante persona extranea vel propinqua publica vel privata ecclesiastica vel seculari tam in judicibus quam extra inter que dicta emphiteota teneatur et debeat fieri facere de promissis suis sumptibus et expensis duo publica consimilia instrumenta unum ad ejus cautelam et alterum ad cautelam dicti concedentis et successorum suorum, quam quidem concessionem et omnia et singula supradicta prefati contrahentes promiserunt et convenerunt per sollemnem stipulationem una pars alteri sollemniter stipulanti omni venturo tempore rata et firma habere tenere et inviolabiliter observare et ex nullo contrafacere vel venire etiam in omnem eventum in pace de plano sine lite et concessione omni libello petitione dilactione supplicatione et appellatione remotis et per pactum sollemne remissis sub hypoteca omnium bonorum eorum habitorum et habendorum ac refectione damnorum interesse et expensarum litis et extra et sub pena unciarum auri quatuor ad opus curie et partem promissa servantis per me predictum Notarium publicum pro parte curie sollemniter stipulata et ab eisdem contrahentibus sponte promissa ratam manentem nec exinde omnibus et singulis supradictis renunciantem per contraheotes eosdem super premissis omnibus et singulis supradictis sollemniter gratialiter specialiter et expresse, omni fori privilegii legum canonum auxilio privilegio fori et legum si convenerit quomodo indebita et sine causa omnibus constitutionibus imperialibus et regalibus novis et veteribus et exinde doli mali metus causa et in singula subsidiariam et cuilibet alii exinde et ex deceptionibus ultra dimidium justi pretii juste empbiteoticationis omnibus privilegiis constitutionibus dicte urbis et illi specialiter dicenti quod pene in instrumentis apposite non sunt a panormitanis civibus extorquende

ceterisqoe juribus et legibus cauooicis et civilibus scriptis et non scriptis quibus vel eorum aliquo contra promissa vel aliqnod promissorum facere seu venire possent et a solnptione dicte pene se eximere vel tueri qua pena commissa solnta vel nou promissa omoia io eorum semper robore perseverent et quod ritus Magne Regie Curie cootra eamdem emphiteotam ex pacto valeant exerceri pro ut esset de casibus dicti ritus licet nou sit de illis quibus ritus ipse comprebenditur et juratum fuisset per emphiteotam eamdem. Uode ad futuram memoriam et predictorum contrahentium beredumque suorum et successorum cautelam facta sunt duo publica consimilia iostrumenta meo solito signo sigoata quorum unum s. preseus ad ipsius concedentis et successorum suorum cautelam alterum vero emphiteote jam dicte sibique per me predictum Notarium propterea assignatum nostrum qui supra Judicis et subscriptorom testium subscriptiouibos et testimonio roboratum. Actum in urbe felici Panormi anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Joannes de Silvestro qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Presbiter Stefanus de Justa Canonicus Pan. testor.*

† *Ego Presbiter Joannes de Procopo Canonicus Pan. testor.*

† *Ego Presbiter Aloysius de Ypolito Subcantor majoris Pan. Eccl. testor.*

† *Ego Presbiter Antonius de Castronovo testor.*

† *Ego Presbiter Fridericus de Alfano testor.*

† *Ego Henricus de Cortisio de Panormo qui supra imperiali auctoritate ubique et regali ejusdem urbis Judex ordinarius atque Notarius publicus predicta scripsi meo solito signo signavi.*

Testes Dominus Stefanus de Justa, dominus Joannes de Procopo, Presbter Aloysius de Ypotito, Presbiter Fridericus de Alfano, Presbiter Antonius de Castronovo et Not. Angelus de Fauno.

CIII.

Martinus confert Canonicatum min. Reg. C. Bonato Ferrario.

A. 1392.

Nos Martinus et Maria etc. (1). Attendentes proinde in Cappella, qua iu Cappella Sancti Petri Sacri Palatii Regii uostri nrbis Panormi vacant ad preseos tres Cauooicatus minores in mauibus uostris per mortem aut alias illorum qui ipsos Canonicatus obtinebant, quorum collatio ad nos spectat de jure ex illis quatnor Caoouicatibus minoribos qoi iu dicta Cappella Sancti Petri per predecessores nostros Reges Sicilie dotati et ordinati fuerint ideo ad vestri fidelis de Cappella nostra Bouanati Ferrarii houestatem de quo idoueum audivimus laude dignum merito habeutes respectum teuore preseutis unum ex dictis tribus Canouicatibus miuoribus vacantibus ad presens ut est dictum vobis ducimus conferendum cum omni plenitudioe sui juris et collegio aliorum Canonicorum ejusdem Cappelle Saocti Petri vos agregamus. Mandantes cum presenti dilecto et fideli nostro Bernardo Figuera Cappellano Cappelle nostre ac Cantori Cappelle Sancti Petri prefati Palatii nostri pro auctoritate et pro parte nostra vos dictum Bonanotum Fer-

(1) Ex Reg. Cancell.

rarii in corporalem possessionem ipsius Cannonicatus minoris inducat cum omni plenitudine sui juris: nos enim cum hac eadem universis et singulis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris ad quos spectet mandamus quatenus vos dictum Bonanotum Ferrarii pro Canonico ejusdem Cappelle Sancti Petri babeant et teneant, vobisque respondeant, et responderi faciant integre de possessione et aliis juribus cannonicatus supradicti pro ut est actenus consuetum in cujus rei testimonium presentem vobis fieri et sigillo nostro dicti ducis cum sigilla regia nondum sint facta impendenti jussimus communiri. Datum Pan. quinta die Junii anno a nativitatate Dominini millesimo trecentesimo novantesimo secundo regnique nostri dicti Regis primo regnique vero prefate Regine decimoquinto.

CIV.

Litterae Regis Martini Secreto urbis Pan. de solvendis cum praelatione praebendis Canon.

A. 1392.

Secreto felicis urbis Pan.(1) familiari et fideli suo gratiam et bonam voluntatem. Per alias nostre majestatis litteras nobis scripsisse recolimus quod tam Cantori quam aliis Canonicis Regii Palatii de eorum provisionibus juxta observantiam et ordinationem divorum Principum dicti Regni predecessorum nostrorum memorie recolende super proventibus et juribus Secretie dicte urbis Pan. aliis omnibus inde pospositis satisfacere studeatis integraliter et pagare quod ut ipsorum Cantoris et Cannonicorum relationem nuper percepimus nos amplius neglexistis et cum affectu exequi minime procuratis, de quo si turbationem et displicentiam nostram nostra recepit serenitas et vos et alios nulla commoveat admirationis occasio; nam si Deo et divino cultui nos primo cognoscimus debitores cum officium potissime in Palacio predicto et nostra Cappella horis continuis, et debitis intendimus infallibiliter celebrari, et contione augmentari si vobis aut aliis forte operantibus cesset quoquomodo, nobis cedit ad displicentiam singularem pro ut nunc fuit in Palatio predicto ubi vobis operantibus Canonici et Clerici non habentes subsidium divinum officium celebrare cessaverunt atque cessant et merito celebrare propter quod vestre fidelitati seriosius iniungendo mandamus sub pena ire et indignationis nostre quatenus omnibus provisionatis et aliis mandatis nostris tam factis quam forte fiendis omnino postpositis cum divinum officium omnibus preferatur et nostre intentionis sit quod de eo primitus habeatur provisio eisdem Cantori et Cannonicis tam in dicto Palatio residentibus quam aliis uobis in Cappella nostra servientibus de provisionibus eorum supradictis tam de temporibus preteritis quam etiam de futuris prout servierunt de proventibus Secretie supradicta satisfacere integraliter procuretis taliter vos gerentes in premissis quod excellentia nostra non babeat alterius querelam de premissis secus autem si feceritis quod non credimus, indignationem nostram vos noveritis incursuros. Datum Cathanie die decimo Decembris prime indictionis (2) sub nostro sigillo Secreto.

Dominus Dux mandavit mihi Joanni de Aricio.

(1) Ex libro Prothon. f. 172.

(2) Eodem die datae fuerunt Litterae Regis Martini Secreto Panor. pro Cappellanis servientibus tam in Cappella quam in Palatio ut ex lib. Prothon. f. 172.

CV.

Rex Martinus praecipit Archiepiscopo panor. ejusque Vicar. ne in caussis Mich. de Cancellario se immisceat utpote Canonicus Palat. Cap. ab omni jurisd. ordinarij exemptus.

A. 1406.

Martinus Dei gratia (1) Rex Aragonum, Martinus eadem gratia Rex Sicilie, et Ducatum Athenarnm, et Neopatrie Dux ejusdem Regni, et Regni Aragonnm Primogenitus, et Gubernator generalis dicti Regni et Ducatum predictorum in regimino et solio considentes, et conregnantes. Reverendo in Christo Patri electo Archiepiscopo Panormitano, ejusdem Vicariis singulisque personis ecclesiasticis dicti Regui ad quos infrascripta spectare noscuntur oratoribus et fidelibus nostris salutem et dilectionem. Dudum prout nostrae Curie constitit ex tenore quarumdam literarum nostrarum datarum Cathanie sub anno Domini millesimo quatrigentesimo mensis Decembris vigesimo octavo ejusdem octave indict. honestum dominum Michaelem de Cancellario unum ex Canonicis nostris Sacri Palatii felicis urbis Panormi, ut duodenus numerus consuetus Canonicorum Cappelle ejusdem Palatii adimpleretur ob mortem domini Francisci Calabruci duximus ordinandum cum singulis honoribus prerogativis, et juribus hactenus consuetis, pro ut in dictis literis hec, et alia plenius continentur, cujus Canonicatus poscente natura laudabili et antiqua consuetudine hucusque inviolabiliter servata, ut quilibet videlicet duodecim dictorum Canonicorum nonnisi coram nostro magistro Cappellano, quantumque in eadem urbe non existat, conveniri debeat pro quibuscumque caussis et non coram alio quocumque Prelato. Quam observantiam et antiquo privilegio nostrorum illustrissimorum predecessorum recordationis felicis, jam inductam firmiter insectantes, vos reverendum electum panormitanum, et alios quoscumqne prelatos requirimus et hortamur, quatenus eumdem dominum Michaelem unum ex duodecim Canonicis dicte Cappelle nostre pro quibuscumqne causis et domandis contra eum motis, et de cetero movendis ad petitionem alicujus coram vobis conveniri nullatenus presumatis, sed cum ad dictum nostrum Magistrum Cappellanum, vel ejus Locumtenentem, quem propterea in dicta urbe nostra ordinari volumus et jubemus, protinus remittatis, et si quid (quod non credimus) contrarium feceritis pro aliis nostris litteris scribemus capitaneo, et aliis officialibus ejusdem urbis, qui ad ipsius domini Michaelis instantiam et formam nostri secularis brachii consilium et juvamen, et similia illi tribuant opportuna, quod ab omni vestra jurisdictione totaliter excludant, ut tandem preeminentiis, privilegiis, exemptionibus, observantiis, dicti sui Canonicatus gaudere possit sine molestia, et obstaculo quocumque (2). Datum Cathanie sub anno Domini millesimo quatrigentesimo sexto die secundo Julii quartedecime indictionis sub nostro sigillo secreto.

(1) Extat in Tabul. Mss. Anton, d'Amico.

(2) Ita Innocentius III Episc. Lugdunensibus in decr. Gregorii lib. v, c. 11. Extravag. de privilegiis tit. 33 quod confirmatum fuit a Tridentino Concilio sect. XXIV, cap. 11, § *quoniam privilegia.*

CVI.

Rex Martinus Clericos Ecclesiae panor. et Capellae Regiae servitiis deputatos eximit a collectis.

A. 1408.

Martinus Dei gratia (1) Rex Sicilie Justitiariis Sicilie citra flumen salsum tam presentibus quam futuris fidelibus suis gratiam et bonam voluntatem. Panormitanam Ecclesiam inter alias Regni Ecclesias eo volentes amplius honorare, quo caput eorum in regno esse dignoscitur et ibidem divi Reges Sicilie et Imperatores progenitores nostri et honoris excellentis insignia in vita consueverunt recipere (2) et post fata quiescere in domino dormientes, ubi etiam celesti presidio clarum feliciter suscepimus diadema (3) Capitulum et Clericos omnes ipsius matris Ecclesie tam illos, qui ibidem residentiam faciunt, quam alios de gremio ipsius Ecclesiae, qui nostram sequendo curiam deputati sunt Cappelle nostre servitiis, a collectis, et exactionibus omnibus gratiose eximimus, et volumus esse, et gaudere immunes; quatenus ab infrascriptis impositionibus expediti liberius et promptius ad officii sui debitum exequendum intendant, tam pro felici, et eterna quiete progenitorum nostrorum, quam pro vite nostre prosperitate orationes continue effundentes. Mandamus igitur vobis et districte precipimus presentem indulgentie nostre gratiam eisdem Clericis illibatam servantes nihil omnino eis imponi patiamini pro exactionibus aliquibus vel collectis, quo per Curiam nostram taxari contingerint, nec exigi aliquid ab eis. Datum Panormi XVII Augusti primo indictionis.

(1) In Tabul. Eccles. panorm. extat autogr. Mongit. *Bullae* p. 198.
(2) Idest Regiam Coronam.
(3) Martinus Panormi in Cathedrali Ecclesia 13 Aprilis 1398 corona regia donatus est. Pirrus in *Chron. Reg.*

CVII.

Transumptum privilegii Friderici Imperatoris.

A. 1417.

In nomine Domini Jesu Cristi amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo quatringentesimo decimoseptimo mense Martii die quinto ejusdem mensis undecime indictionis regnante serenissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia illustrissimo Rege Aragonum Sicilie Valentie Majoricarum Sardinie et Corsice Comite Barchinone Duce Athenarum et Neopatrie ac etiam Comite Rossilionis et Ceritanie regiminis vero dicti Domini Regis anno secundo feliciter amen. Nos Vitalis Rictius Judex felicis urbis Panormi Aloysius de Meo de dicta urbe imperiali auctoritate ubique ac regia per totum Regnum Insule Sicilie et Archiepiscopali per Dyocesim panormitanam Judex ordinarius atque Notarius pu-

(1) Ex origin. servato in Arch. Reg. Cap.

blicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod ad petitionem et instantiam Ven. domini Simonis de Rubeo Cantoris Sacre Cappelle Palatii dicte urbis coram nobis tam suo proprio nomine quam nomine et pro parte Ven. Canonicorum et Cleri ipsius Sacre Cappelle petentis quoddam illustrissimi et inclitissimi domini Imperatoris Friderici beate memorie privilegium quod vidimus et inspeximus diligenter non abolitum non abrasum omni prorsus vitio et suspectione carens sed suis debitis sollemnitatibus et sigillo magno de cera alba Majestatis ipsius domini Imperatoris super suo trono sedentis ac sceptrum in dextera et pomum cum cruce in sua sinistra tenentis intra quondam bussulam pendente cum filis sericis rubris et violatis roboratum debere per nos in formam publicam fideliter exemplari ad cautelam ipsorum dominorum Cantoris Canonicorum et Clericorum interest et interesse poterit in futurum idem privilegium de verbo ad verbum pro ut jacet nil per nos addito mutato seu diminuto: eorum justa petitione admissa in presens sumptum publicum per manus mei dicti Notarii Aloysii redigi facimus fideliter et transcribi ut in judiciis et extra hujusmodi sumpto publico tanta fides adhibeatur quanta ipsi originali privilegio et ejus litteris adhibeatur quanta ipsi originali privilegio et ejus litteris adhibetur cujus privilegii tenor talis est. Nos Fridericus etc. (2). Unde ad futuram memoriam et ut de premissis in posterum habeatur plena fides ac dictorum Ven. Cantoris et ceterorum quorum interest et intererit certitudinem et cautelam factum est ex dicto imperiali privilegio presens scriptum publicum per manus mei dicti Notarii Aloysii et meo signo signatum nostrum qui supra Judicis et Notarii et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. Actum in urbe felici Panormi anno mense et indictione premissis.

† *Ego Vitalis Rizu de Pan. qui supra Judex me subscripsi.*

† *Ego Notarius Franciscus Ricius de Pan. predictum imperiale privilegium cum sigillo Majestatis sue pendenti vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Notarius Paulus de Rubeo de Pan. predictum imperiale privilegium cum sigillo Majestatis sue pendenti vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Notarius Joannes de Lippo de Pan. predictum imperiale privilegium cum sigillo Majestatis sue pendenti vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Notarius Melconus de Lippo de Pan. predictum originale imperiale privilegium cum sigillo Majestatis sue pendenti vidi legi et me subscripsi.*

† *Eo Notarius Jacobus de Marco de Pan. predictum imperiale privilegium cum sigillo Majestatis sue pendenti vidi legi et me subscripsi.*

Testes Not. Franciscus Ricius Not. etc.

(2) Relatum habetur num. XXXVII.

CVIII.

Transumptum privilegii Regis Martini in quo confirmantur antiqua omnia privilegia Palat. Cappellae.

A. 1417.

In nomine Domini nostri Jesu Cristi amen (1). Anno Dominice incarnationis millesimo quatringentesimo decimo septimo mense Martii die quinto ejusdem mensis undecime indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia illustrissimo Rege Aragonum Sicilie Valentie Majoricarum Sardinie et Corsice Comite Barcbinone Duce Athenarum et Neopatrie ac etiam Comite Rossilonis et Ceritanie regiminis vero dicti domini Regis anno secundo feliciter amen. Nos Vitalis Riccius Judex felicis urbis Panormi Aloysius de Meo de dicta urbe imperiali auctoritate ubique ac regia per totum regnum insule Sicilie et archiepiscopali per Dyocesim panormitanam Judex ordinarius atque Notarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod ad petitionem et instantiam Ven. domini Simonis de Rubeo Cantoris Sacrae Cappelle Palatii Pan. coram nobis tam suo proprio nomine quam nomine et pro parte Ven. Canonicorum et Cleri ipsius Sacre Cappelle petentis quoddam regium privilegium quod vidimus et inspeximus diligenter non abolitum non abrasum omni prorsus carens vitio et suspicione scilicet munitum suis debitis sollemnitatibus et sigillo magno pendente cera rubea cum filis de seta jalinia et rubea sine buxula in una facciata cujus cere est sigillum magnum hominis armati super equo et in alia sigillum paruum cum insignibus vel armis Regis Sicilie et Aragonum; simul et semel debere per nos in formam publicam fideliter exemplari ad cautelam ipsorum dominorum Cantoris et Canonicorum et Cleri quorum interest et interesse poterit in futurum, idem privilegium de verbo ab verbum pro ut jacet nil per nos addito mutato seu diminuto. Eorum justa petitione admissa in presens scriptum publicum per manus mei dicti Notarii Aloysii redigi fecimus fideliter et transcribi ut in judiciis et extra hinc scripto publico tanta fides adhibeatur quanta ipsi originali privilegio et ejus litteris adhibetur cujus tenor talis est. Nos Martinus et Maria Dei gratia Rex et Regina Sicilie et Ducatuum Athenarum et Neopatrie Dux et Ducissa et Infans Martinus illustrissimi domini Petri bone memorie Regis Aragonum filius et eadem gratia Dux Montis Albi Gubernatorque generalis pro serenissimo domino Joanne Rege Aragonum fratre et domino nostro carissimo in omnibus terris suis coadjutorque dicte Regine in regimine Regni et Ducatuum predictorum ac pat. et legitim. administrator dicti Regis. In principum dextera rerum stabilitas ad eorum nutum decursus temporum integratur, queque ab eorum progenitoribus pia sunt consideratione disposita robore muniunt firmitatis et laudabiliter facta laudabili prosequuntur assensu maxime ubi divine spes retributionis accipitur et remedia interveniunt animarum presertim illorum predecessorum nostrorum qui ut est notum populis et hominibus per mundi climata constitutis per quot et quantos sudores bellicos quanto vite discrimine predecessores ipsi bone memorie ab inimicis fidei christiane saracenis qui in dedecus ejusdem universos fines regni Sicilie citra et ultra Farum sub eorum dominio possidebant sed cohoperante gratia divina ipsi predecessores nostri ipsos Sara-

(1) Ex origin. in Reg. Cap. servato.

cenos ne dum extra Regnum Sicilie verum etiam ubsque ad fines barbarie penitus in maxima potentia exularont, qua propter ad futuram rei memoriam ex presentis privilegii serie uoiversis fidelibus nostris per Regnum Sicilie ubi libet constitutis volumus esse notum quod oobis existeutihus in Cappella Sacri Palatii nostri regalis felicis urbis Pao. accesserunt ad majestatem nostram Cantor et Capitulum Cappelle nostre regalis situate sub vocabolo principis Apostolorum exhibentes nobis nonoulla privilegia constitutioois donatioois et largitionis omnium Regum beate memorie predecessorum nostrorum et inter alia unum litteris aureis scriptom quod nos predictus Dux perlegere voluimus de capite ubsque ad finem ac nonnulla alia tam latinali sermone quam in greco, nobis humiliter supplicantes quod cum ipsi tiraunice per illos de Claramonte per urbem nostram Pan. per tirauuicam rablem diutius ubsque ad prescriptionem utriusque juris tam Canouici quam civilis fuerunt jurihus et redditibus eorum in ipsis privilegiis contentis miserabiliter spoliati, dicta privilegia de clementia et benignitate nostra et omuia et siogula iu eis conteuta confirmare laudare et omologare ac de novo concedere digoaremur ut per jocundum adventum nostrum possent canere Iouum Angelicum gloria in excelsis Deo etc. Ecce venit quem desiderabamus: uos vero vestigiis predecessorum nostrorum inherentes teuore privilegii predicti et noonullorum aliorum tam Imperatorum quam Regum et Comitum predecessornm nostrorom ad honorem omnipoteutis Dei Patris et Filii et Spiritus Saocti per quem feliciter vivimus et regnamus in terra cujus auxilio illos tirannos exterminavimus de mundo nec non principis Apostolorum ad cujus honorem ipsa Ecclesia est fundata ac pro salute nostra et animarum predecessorum nostrorum, considerantes etiam quod in nostrum heredumque nostrorum redundat honorem quidquid conferimus obsequentibus in eadem, supplicationes dictornm Caotoris et Capituli ilariter et clementer admissis supradicta privilegia et onmia et singnla per ipsos Reges et predecessores nostros ipsi Cappelle prestita et concessa de verbo ad verbum sicut superius est expressum et in illis privilegiis pleuius continetur tenores quorum hinc habere volumus, pro expressis renovamus et confirmamus ac etiam de novo concedimus, ita et taliter quod dictus Cantor et Capitulum ipsis privilegiis uti possint et valeant pacifice et quiete pro ut et sicut utebaotur et uti consueveriot temporibus Imperatorum et Regum omnium predecessorum nostrorum. Iosuper de uberioris dono gratie pro vera confirmantes quoddam aliud privilegium Imperatoris Henrici inclite recordatioois super justitiis prebendarum suarum ipsius Canonicis dicte Cappelle iudultum nec non et oblationem singulis annis iu certis festivitatibus exhibendam et luminaria pro eadem Cappella et anoiversaria trium Regum sicut de jure eam cousueveruut habere ipsis et eorum posteris omni jure via modo et forma quibus melios de jure possomus et debemos ex certa nostra senteotia coofirmamus damus et de novo concedimus per presentes, maodantes per banc eamdem omnibus et siogulis officialibus Secretis magistris rationalibus procuratoribus et magistris portulanis ac eorum loca tenentibus presentibus et futuris quibuscumque per Regnum Sicilie ubilibet constitutis ut predicta privilegia ipsis Canouicis ut supra concessa et donata teneant et observent ad unguem et faciant ab aliis inviolabiliter observari et in nullo contrafaciant vel veniant nec contrafacientibus conseutiaot aliqua ratione vel causa de jure vel de facto si nostram volunt effugere ultionem et de nostra confidunt gratia vel amore gratie sic fuit nostre ioteutionis inteotum. In cujus rei testimonium hoc fieri jussimus sigilli nostri dicti Ducis muoimine roboratum datum Pan. anno Dominice incaroationis millesimo treceutesimo nooagesimo secundo vigesimo primo Junii

quintedecime Ind. (2) regni nostri dicti Regis primo et dicte Regine decimoqninto Lo Duc. dominus Dux mandavit mihi Berengario Secr. P. N. Unde ad futuram memoriam et ut de premissis in posterum habeatur plena fides ac dictorum Ven. Cantoris et ceterorum quorum interest et intererit certitudinem et cautelam factum est ex dicto regali privilegio presens scriptum publicum per manus mei Notarii Aloysii predicti et meo signo signatum nostrum qui supra Judicis et Not. et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum et est sciendum quod in vigesimaquinta linea quam in principio ubi post hanc dictionem jocundum legitur adventum interlineatum sic scriptum est per me predictum Not. non vitio sed errore et ideo pro autentico habeatur. Actum in urbe felici Pan. anno mense die et indictione premissis.

† *Ego Vitalis Rizu de Pan. qui supra Judex me ss.*

† *Ego Not. Franciscus Ricius de Pan. predictum originale cum predicto sigillo pendenti vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Not. Paulus de Rubeo de Pan. predictum originale privilegium cum predicto sigillo pendenti vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Not. Joannes de Lippo de Pan. predictum originale privilegium cum predicto sigillo pendente vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Not. Milierus de Lippo de Pan. predictum originale privilegium cum predicto sigillo pendenti vidi legi et me subscripsi.*

† *Ego Not. Jacobus de Marco de Pan. predictum originale privilegium cum predicto sigillo pendenti vidi legi et me subscripsi.*

Testes Not. Franciscus Ricius, Not. Paulus de Rubeo, Not. Joannes de Lippo, Not. Jacobus de Marco.

Ego Aloysius de Meo de Pan. imperiali ubique ac regia per totum Regnum Insule Sicilie et per Dyocesim panormitanam Judex ordinarius atque Not. publicus ex predicto originali privilegio presens scriptum publicum rogatus fideliter redegi et meo signo signavi.

(2) Rex Martinus octavo die mensis Augusti hujus anni dimidium Tertiarum unum Regiae Cappellae praeservat, alterum in eleemosynas expendi jubet, ut ex privilegio dato Cathaniae, registr. penes Protou. f. 20. Di Chiara de Cap. R. p. 57, n. LXXVII.

CIX.

Rex Alphonsus a Cantoria Sacri Palatii, et praerogativa regiae dignitatis perpetuo separat quoad parietes tantum Ecclesiam et Capellam D. M. ab Admirato.

A. 1434.

Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Sicilie etc. (1). Cum nos in Charta data Panormi die 7 Decembris anni 1433 rationalibus moti respectibus Ecclesiam, et Capellam nostram S. Marie de Admirato separantes a Cantoria Capelle S. Petri nostri Sacri Palatii, et a preminentia regie dignitatis, concesserimus, et univerimus cum suis Capellis contiguis, totoque ejus tenimento, quoad

(1) Ex Tabular. Ms. Monast. de Martorana.

parietes tantum (2), Monasterio S. Marie de Marturana ad Regie beneplacitum Majestatis, cum onere annui census rotuli unius cere solvendi Cantori dicte Capelle Regii Palatii, et ejus successoribus in eadem Cantoria quolibet anno in die Purificationis; ad humilem tamen supplicationem Abbatisse, et Monialium, et aliorum domesticorum nostrorum, et ad vitam laudabilem, et puram devotionem earumdem Abbatisse, et Monialium habentes rationabilem respectum, tenore presentis de innata benignitate regia prefatam Ecclesiam, et Capellam nostram S. Marie de Admirato cum suis Capellis contiguis, totoque ejus tenimento quoad parietes tantum, ut premittitur, revocato predicto beneplacito Regie Majestatis, dicto Monasterio in perpetuum concedimus, donamus, et unimus, cum onere tamen predicti annui census rotuli unius cerae predicto Cantori solvendi quolibet anno etc. Datum Panormi die ultima Sept Ind. 13 anni 1434.

(2) In diplomate citato Alphonsus reservavit redditus, et jocalia Cantori S Pal. dicens: *Redditibus jocalibus illius praesenti. Capellano suisque in eadem Cantoria successoribus semper salvis.* Anno 1451 petente Pan. Senatu Rex Alphonsus concessit Monasteriis de Marturano redditus beneficii S. M. de Admirato, ad templi reparationem, *Vio privil.* p. 321: sed placitum hoc regium effectu caruit: nam beneficium S. M. de Admirato cum Cantoria Sacri Palatii connexum permansit ut e subsequentibus ipsius Cantoriae provisionibus apparet.

CX.

Concessio enphiteutica domus ad Cantoriam pertinentis pro tarenis octo.

A. 1436.

In nomine Domini Jesu Christi amen (1). Anno Dominice Incarnationis millesimo quadrigentesimo tricesimo sexto mense Settembris die vicesimo quarto ejusdem mensis quintedecime indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia inclito Aragonum et Sicilie Rege et Ducatuum Athenarum et Neopatrie Duce regnorum vero ejus anno vicesimo primo feliciter amen. Fredericus de Vamirollis Judex felicis urbis Panormi Nicholaus de Aprea de eadem urbe Regia Curia ubique per totam insulam Sicilie Judex ordinarius atque Notarius publicus et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur; quod cum discreto Joanne de Stevicrio cive Pan. emente et possidente domum unam soleratam cum cortili et puteo sitam in Cassero urbis predictae secus domum domini Joannis ex una parte et secus casalinum Philippi de Mulis Xalta et secus viam publicam et alios confines sub. venerabili Cantori Sacre Cappelle Sancti Petri Palacii urbis predicte in annuis tarenis octo perpetuo solvendis in quintodecimo Augusti domum predictam una cum alia domo terranea juxta ipsam domum soleratam subditam monasterio Sancti Martini de Scalis dicte urbis in tar. auri tribus anno quolibet, ipse Joannes per se et suos in perpetuum heredes et successores dederit et habere concesserit ad emphiteusim seu ad annuum censum unc. auri unius et tar. quatuor ponderis generalis Paulo de Garofalo et Contisse mulieri jugalibus suis concivibus tunc presentibus et recipientibus ab eo per se et suis heredibus et successoribus in perpetuum et sub certis pactis modo forma hypotecatis et obligationibus contentis et declaratis in quodam publico contractu

(1) Extat in Tabul. Eccles.

confecto manu mei infrascripti Not. olim die sextodecimo Julii undecime ind. proxime elapse ut convenerunt, hodie patefacto primo per me Not. infrascriptum venerabili domino Alamanno de Sisear Cantori dicte Cappelle Sancti Petri Palacii tenore dicti contractus concessionis facte per eumdem Joannem ipsis Paulo et uxori et toto eo quod continetur in eo prefatus dominus Alamannus presens coram nobis sponte et sollemniter per se et suos in perpetuum successores suum consensum et assensum dicte concessioni prestitit et dedit pariter et concessit animo et intentione liberandi et absolvendi dictum Joannem de Stevicrio concedentem heredes, et bona sua a futura soluptione canonis tar. octo domus predicte et a pactis emphiteuticis in contractu emphiteutico inde facto contentis et accipiendi dictum Paulum et Contissam uxorem in novos emphiteotas in dictis tarenis octo ratione Canonis domus predicte sub pactis emphiteuticis infrascriptis noviter inter dictum dominum Alamagnum Cantorem et Paulum alterum emphiteotam stipulatis per se et eorum in perpetuum heredibus et successoribus: videlicet quod dictus Paulus suo proprio nomine se et omnia bona sua in solidum obligando promisit et sollemniter obligavit per se et suos in perpetuum heredes et successores ipsi domino Cantori stipulanti ab eo per se et suis in perpetuum successoribus dare et assignare in pecunia numerata dictum jus census tarenorum octo eidem Cantori et ejus in perpetuum successoribus ultra canonem debitum per ipsum Paulum et suis uxorem ipsi Joanni patrono dicti juris census auctoritate dicti consensus concessionis facte manu mei Not. ut supra incipiendo solvere dictum jus census in quintodecimo Augusti prossimi venturi anni presentis et in antea dictamque domum beneficare meliorare accrescere et reparare omnibus reparationibus opportunis nec predictam diminuiri nec deteriorari permutari a statu et condictionibus suis in quibus et ad presens stat meliorata et si dictus emphiteota vel sui heredes et successores convenerint in premissis seu cessaverint a soluptione dicti juris census continuo per biennium tunc liceat in eo casu dicto domino et suis in perpetuum successoribus dictam domum cum toto benefacto in ea existente ad se libere revocare non obstante panormitana consuetudine et alio quocumque jure inde contrarium dictantibus, cui consuetudini et omni alie consuetudini hinc pacto forte conventionis dictus emphiteota expresse renunciavit. Item quod liceat et licitum sit eidem emphiteote et suis heredibus dictam domum vendere alienare preter quod ecclesie fisco comiti baroni vel sui heredes et successores dictam domum vendere alienare voluerint quod pro ante omnia teneatur requirere dictum proprietarium et suos in perpetuum successores si emere voluerint, id si emere voluerint quod preferantur aliis emptoribus minus pretio a quocumque emptore primo dicto jure census et si dictus Cantor vel sui successores emere et habere recusaverit pro personis licitis et a jure permissis vendita fuerit quod habere debeat jure consensus per dictum jus census uncie qualibet ipsam vendi alienari contingere quo quomodo. Item quod dictus emphiteota teneatur de presenti contractu suis sumptibus et expensis fieri facere infra mensem unum proximo futuro duo ejusdem tenoris publica consimilia instrumenta unum pro dicto domino Cantore proprietario et suis in perpetuum successoribus aliud pro dicto emphiteota et suis heredibus et successoribus. Item pro observatione examine et recuperatione omni singulorum premissorum possit et valeat exorari novus ritus magne regie curie observatus in debitis de quibus instrumenta publica producuntur, at si presens contractus esset de casibus dicti ritus liceat non sit habeatur inter eos per pactum sollemne contractum. Que omnia et singula supradicta et infra dicti contraentes proprio nomine quo supra ad juramentum promiserunt et convenerunt omni futuro tempore rata sumpta et firma habere tenere contendere et inviolabiliter observare et facere observari, et quod non fa-

cere vel venire et contravenionti conservare in omnem eventum et sine aliqua diminutione in pace et de plano sine lite et sine querimonia ac judiciorum strepitu seu figura judicii omni libello petitione dilatione mor. regia gratia provisione modificatione atque rescripto imperato et imperando nec non exactione et appositione remotis et ab eisdem partibus ex nunc pro ut ex tunc per pactum sollemne, remissis et expresse renunciatis sub hypoteca et obligatione omnium bonorum presentium et futurorum dictique Cantoris sine refactione damnorum interesse et expensarum, sub pena uncie auri unius ad opus curie et partis predicta servantis et servare volentis a me predicto Not. publico pro parte ipsius curie sollemniter stipulante et ab eisdem partibus solemni stipulatione promissa ex conventione tenens contractare et ex grato quo res contrafactum fuerit in premissis seu premissorum aliquo sub predictis omnibus et singulis dicte partis proprio nomine quo supra specialiter generaliter sollemniter et expresse renunciaveriat omnibus rationibus doli mali metus causa et in formam subsidiarie questioni sine causa privilegio fori et legi si convenerit non sic ut predicte geste fuerit omnibus illique panormitane consuetudini que panormitanos cives a penis in instrumentis appositis liberat contraentes et gratia litis omnibus aliis legibus et juribus canonicis et cujuslibet et omni alio jurium et legum auxilio quibus vel eorum aliquo presens conveniens qua predicta vel aliquod predictorum posset se servare aliquiter vel ab ea presertim ad invicem pena ut pena ipsa ex actu commissa soluta vel non aut gratis remissa omnia et singula supradicta et infra rata maneant atque firma. Unde ad hujuscemodi rei memoriam et tam dictorum Joannis de Stevicrio Pauli emphiteote dictique domini Cantoris heredum et successorum et successorum eorum in perpetuum quam omnium quorum interest et intererit certitudinem et cautelam factum est ex inde presens publicum instrumentum per manus mei predicti Not.. Nichelai de Aprea meoque solito signo signatum nostrum qui supra Judicis et Not. ac subscriptorum testium subscriptienibus et testimenio roboratum. Actum in dicta urbe Pan. mense die anno et indictione premissis.

† *Ego Fridericus de Vamirollis qui supra Judex me subscripsi.*

†

† *Ego Presbiter Symen de Maestro Andrea testor,*

† *Ege Nicholaus de Aprea de Pan. qui supra regia aucteritate ubique per totam Insulam Sicilie Judex ordinarius atque Not. publicus premissa omrogatus scripsi publicavi et clausi meeque solito signo signavi in testimonium premissorum.*

CXI.

Joannes Rex confert Gabrieli Anguerra Cantoriam S. Pal. et benef. S. Luciae.

A. 1458.

Nos Joannes (1) Dei gratia Rex Aragonum Sicilie Navarre Valentie Majoricarum Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Dux Athenarum et Neopatrie, ac etiam Comes Rossilionis et Ceritanie; de sufficientia bona indole, et probitate ac cemmendandis virtutum donis, quibus vos dilectus noster Gabriol Anguerra Presbiter Magister in sacra pagina, sicuti plurimorum fide dignorum relatione percepimus insignitus estis plenam fiduciam obtinentes, nec non ad supplicationem nonnullorum familiariorum, et domesticorum nostrorum pro vobis apud nos intercedentium tenore presentis gratis et de nostra certa scientia duo beneficia

(1) Extat in Tabul. Eccles.

regia, quorum alterum intitulatur Cantoria Palacii S. Petri felicis urbis nostre Panormi, aliud Abatia (2) Sancte Lucie de Castro Diocesis Messanensis vacantia in presentiarum per mortem Jacobi Gallari Jurisperiti illa ultimo obtinentis, vel alios qualitercumque percessum vel decessum cujuscumque alterius presonae, quorum quidem beneficiorum jus patronatus et collatio ad nos pleno jure pertineat te apectant, quorumcumque vero valores hic habemus pro sufficienter expressis, vobis dicto Gabrieli Anguerra tamquam benemerito et condigno ducimus conferendas et conferimus. Ita quod vos dictus Gabrieli Anguerra et nemo alius pro hac vice sitis beneficiatus dictorum duorum beneficiorum, et utriusque eorum, illaque habeatis, teneatis, et possideatis pacifice et quiete cum omnibus te singulis honoribus honeribus, prebemineutiis, et prerogativis, fructibus, prebendis, obventionibus, et emolumentis ad dicta beneficia, et utrumque eorum quoquemodo pertinentibus, quemadmodum dictus Jacobus Gallare, et ceteri quod dicta beneficia, et utrumque eorum hactenus tenuerint et possiduerint tenere et possidere ac recipere et habere fuerunt soliti, usquequaque. Quapropter Reverendos in Christo Patres Archiepiscopos Panormitanos et Messanenses, nec non dilectos et devotos nostros Capitula et Canonicos sedum Panormi et Messane, et alias quascumque ecclesiasticas personas deprecamur, exortamur, et strictius requirimus, Nobilibus vero et Magnificis Viceregi, Magistro Justitiario, Thesaurario, et Magistro Portolano, Judicibus Magne Curie, et aliis quibusvis officialibus, et subditis nostris in dictis civitatibus Panormi et Messane ac in toto Regno Sicilie constitutis, et de cetero constituendis tam majoribus, quam minoribus et quavis auctoritate, facultate, et potestate fungentibus, ad quos pertineat, seu apectet et signanter hiis qui ad prestationem, et solutionem censuum, redituum, et aliorem jurium dictorum beneficiorum quomodolibet teneantur, dictorumque officialium locatenentibus dicimus et mandamus expresse et certa scientia sub nostre ire, et indignationis incursu, penaque florenorum auri trimillium, quatenus vos dictum Gabrielem Anguerra, et neminem alium amodo pro beneficiato dictorum duorum beneficiorum habeant teneant et reputent atque tractent, et in eorumdem beneficiorum, et utriusque eorum possessionem seu quasi inducant, seu immittant inductumque et immissum manuteneant et defendant viriliter contra cunctos, amoto ab inde quolibet alio detentore, vosque etiam possessionem ipsarum propria auctoritate apprehendere possitis, et valeatis, eamque etiam pro suprabundanti cautela vobis tradimus illam vos inductus per concessionem et traditionem hujus nostre concessionis seu collationis. Et illi etiam eorum ad quos spectet vobis et nulli alteri respondeant et responderi faciant cum omnimoda integritate de prebendis, salariis, reditibus, distributionibus, fructibus, aliisque juribus, et emolumentis ipsorum beneficiorum, et utriusque eorum, pro ut et quemadmodum prelibato Jacobo Gallare, et aliis beneficistis dictorum beneficiorum usquequaque fuit solitum responderi. Et insuper provisionem, seu collationem nostram hujusmodi omniaque et singula in ea contenta teneant efficaciter, et observent, tenerique et observari faciant inviolabiliter per quoscumque. Et non contrafaciant, vel veniant, aut aliquem contrafacere vel venire feca mittatur aliqua ratione seu causa. Vos enim eisdem et illorum cuilibet secus agendi tollimus omne posse irritumque decernimus, et inane ac nullius efficie seu valoris contrarium si modo aliquo attentetur. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus sigillo nostro Secreto negotiorum Regni Sicilie cum siggillum ad hujusmodi Regni negotia nondum fuerit fabricatum in pendenti munitum. Datum Cesaraguste die duodecimo Augusti anno a nativitate Domini millesimo quatringentesimo quinquagesimo octavo, regnique nostri Navarre predicti anno tricesimo tertio aliorum vero regnorum nostrorum anno primo.

(2) Beneficium S. Luciae insueto vocabolo nunc *Abbatia* nuncupatum legitur.

CXII.

Pius II assignat pensionem an. septuaginta florenorum Frider. Vitali super Cantoriam R. C.

A. 1462.

Pius Episcopus servus servorum Dei (1) Dilecto filio Gabrieli Anguerra Presbytero Dertulensis Dioecesis Magistro in Theologia salutem et apostolicam benedictionem. Literarum scientia, vite, et morum honestas, aliaque probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio Nos inducunt ut ea tibi favorabiliter concedamus, que tuis commoditatibus fore conspicimus opportunum. Cum itaque hodie tu Cantoriam Cappelle Palatii Regii Panormitani, que inibi principalis dignitas reputatur, et Ecclesiam Sancte Lucie de S. Lucia Messanensis Dioecesis tunc obtinebas per certum substitutum a quodam Procuratore tuo ad hoc a te specialiter constituto, in manibus nostris sponte, et libere resignaveris, nosque resignationem hujusmodi admittentes, de Cantoria, et Ecclesia predictis dilecto filio Friderico de Vitale Archidiacono Ecclesie panormitane per alias nostras literas providerimus gratiose, prout in illis plenius continetur. Nos tibi ne propter resignationem hujusmodi minimum dispendium patiaris, de alicujus subventionis auxilio providere ac premissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes nec non omnia singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura que etiam ex quibusvis apostolicis dispensationibus obtines et expectas ac in quibus et ad que jus tibi quomodolibet competit quotcumque et qualiacunque sint earumque fructuum reddituum et proventuum veros annuos valores ac hujusmodi dispensationum tenores presentibus pro expressis habentes teque a quibusvis excomunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa litis si quibus quomodolibet innodatus existis quo ad presentium rite consequendum effectum dumtaxat harum serie absolventes et absolutum fore censentes pensionem annuam septuaginta florenorum monete Regni Sicilie ultra Farum qui sexaginta florenos auri de camera vel circa valent super fructibus redditibus et proventibus Cantorie et Ecclesie predictarum tibi quoad vixeris vel procuratori tuo legitimo per dictum Fridericum cujus ad id expressus accedit assensus suosque in Cantoria et Ecclesia Sancte Lucie predictis successores pro tempore existentes in festo nativitatis Sancti Johannis Baptiste et civitate Barchinonensi annis singulis integre persolvendam auctoritate apostolica tenore presentium reservamus constituimus et assignamus decernentes quemlibet ex Friderico et successoribus predictis qui eadem festivitate aut saltem infra triginta dies illa immediate sequentes pensionem ipsam tunc debitam non persolverit cum effectu seu alias tecum vel cum dicto procuratore super hoc non concordaverit lapsis diebus eisdem sententiam excomunicationis incurrat a qua donec de dicta pensione tunc debita tibi vel procuratori prefato integre satisfactum seu alias tecum vel cum dicto procuratore amicabiliter concordatum fuerit ut profertur preterquam in mortis articulo costitutus absolutionis beneficium nequeat obtinere. Sin vero per sex menses prefatos triginta dies immediate sequentes sententia ipsa animo quod absit substinuerit indurato ex tunc lapsis mensibus eisdem Cantoria et Ecclesia Sancte Lucie predictis privatus exi-

(1) Extat in Tabul. Eccles.

stat illeque vacare censeantur eo ipso non obstantibus censtitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si Friderico et successoribus prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum quod ad prestationem seu solutionem pensionis alicujus minime teneantur et ad id compelli non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis reservationis constitutionis assignationis decreti voluntatis et statuti infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Viterbii anno incarnationis Dominice millesimo quatringentesimo sexagesimo secundo octavo idus Maii pontificatus nostri anno quarto (2).

Jo. Baptista — *C. d. Piccolomini.*

(2) A tergo: *Anno ab incar. Domini MCCCCLXII die XIII Maii retroscripta Fridericus consensit assignationi pensionis et litterarum expeditioni et juravit A. Fridericus.*

CXIII.

Pius II mandat Friderico Cantori S. P. solutionem praedictae pensionis debitae Gabrieli Anguerra.

A. 1462.

Pius Episcopus servus servorum Dei (1) dilectis filiis Andree Xiaba et Loisio de Vitali panormitano ac Andree Stiza Messanensis Ecclesie Canonicis salutem et apostolicam benedictionem hodie dilecto filio Gabrieli Anguerra Presbytero Dertusensis Diocesis magistro in theologia pensionem annuam septuaginta florenorum monete Regni Sicilie ultra Farum qui sexaginta florenos auri de camera vel circa valent super fructibus redditibus et proventibus Cantorie Cappelle Palacii Regis Pan. et Ecclesie S. Lucie de S. Lucia Messanensis Diocesis sibi quoad viveret vel procuratori suo legitimo per dilectum filium Fridericum de Vitali Archidiaconum Panormitanum cui de Cantoria et Ecclesia predictis tunc per liberam resignationem dicti Gabrielis de illis quas tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam et per nos admissam vacantibus providere mandavimus gratiose et cuius ad id expressus accessit assensus suosque in Cantoria et Ecclesia predictis successores pro tempore existentes annis singulis in certis tunc expressis terminis atque loco integre persolvendam auctoritate apostolica preservavimus costituimus et assignavimus ac volumus et dicta auctoritate statuimus quod ille ex Friderico et successoribus predictis qui prefatam pensionem tunc debitam in dictis terminis et loco vel saltem infra triginta dies dictum terminum immediate sequentes non persolverent cum effectu vel cum dicto Gabriele vel ejus procuratore super hoc non concordaret lapsis diebus eisdem sen-

(1) Ex Tabul. Reg. Cap.

tentia excomunicationis incurreret a qua nisi satisfacto absolvi non posset preter quam in mortis articulo constitutus pro ut nostris inde confectis plenius continetur. Quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus nos vel duo aut unus nostrum si postquam dicte littere vobis presentate fuerint per vos vel alium seu alios faciatis auctoritate nostra pensionem eandem Gabrieli vel procuratori prefato juxta reservationis constitutionis predictarum continentiam atque formam effectualiter persolvi et etiam assignari. Et nihilominus quemlibet ex Friderico et successoribus predictis quem hujusmodi excomunicationis sententiam vobis incurrisse constiterit quotiens super hoc pro parte dicti Gabrielis fueritis requisiti vel aliquis vestrum fuerit requisitus tandiu dominicis et festivis diebus in Ecclesiis dum major inibi populus convenerit ad divina excomunicatum publice nuncietis faciatisque ab aliis nunciari et ab omnibus arctius evitari donec Gabrieli vel procuratori prefato de pensione hujusmodi tunc debita fuerit integre satisfactum aut alias cùm ipsius aliquo amicabiliter concordatum ipseque excomunicatus ab eadem solutionis beneficium non ostantibus omnibus que in prefatis literis voluimus non obstare seu si Friderico et successoribus prefatis vel quibusvis aliis communiter dispensatione apostolica sit indultum quod interdici suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mensionem. Contradictores per censuras ecclesiasticas appellatione posposita compescendo. Datum Viterbii anno incarnationis Dominice millesimo quatringentesimo sexagesimo secundo octavo idus Maii pontificatus nostri anno quarto.

Jo. Baptista *G. d. Piccolomini.*

(2) A tergo: *Data in Camera Apostolica.*

CXIV.

Mandat Prorex ut solvantur Friderico Vitali quadraginta unciae pro reparatione musivi operis R. Cap.

A. 1471.

Joannes etc. Vicerex etc. (1). Nobili Gullielmo de Valdaora Regenti etc. Comu sapiti liber anno pro reparatione, et fabrica di la Cappella di Santu Petru di lu Sacru Regiu Palazzu di quista citati unzi vinti (2) si pagano de pecuniis dicti offi ii a lu Venerabili Misser Fridericu di Vitali Cantnri di la ditta Cappella lu quali è tinutu darivi cuntu di li spisi fatti a la ditta Cappella in officio Magne Regie Curie rationum, et pro anno quarte indictionis proxime preterito etiam presenti li divinu essiri pagati unzi quaranta li quali per li pocu introiti, chi su stati non si hannu huc usque pro tunc potutu pagari ne parti di quilli. Et pirchì comu sapiti la opera di la Musia, chi si fa in la ditta Cappella è stata data a Mastru Duminicu Cangemi murmuraru per unzi sissanta, lu quali dimanda essiri supplutu di la ditta summa havimo provisto chi lu

(1) Ex Tabul. Mss. Anton. Amico.

(2) Anno 1438 Rex Alphonsus ex privilegio Caetae 11 Januarii dedit uncias assignavit annuales pro fabricis ex redditibus Curiae: ut in visitatione Arnedi an. 1552.

ditto Misser Friderico pozza fari li ditti unzi quaranta io juribus extractionum per eum, seu alios ejos nomioe faciendarum a portubus et carricatoriis Regni etiam per Regiam Coriam reservatis: per tantu vi dicimu, et cumandamu expresse, qoateoos a lu dittu Misser Friderico, seu a cui ipsu vorrà per sua parti digiati lassari extrahiri di li ditti porti anno presenti, seo sequentibus annis tanta quantitati di tratti, chi li diritti di tratta, et tarì ascendanu a la summa di li prefati unzi quaranta penes eum retioeoda per satisfari a lu dittu Mastru Dominicu di li quaotitati chi divi recipiri pro eadem opera (3). Recuperanda la presenti com apocha de extracto, seo soloto vestri ratiocioii tempore producenda (4). Datum Panormi 24 Januarii 5 indictionis 1471. Lop. Ximeoes Durrea Dominus Vicerex mandavit mihi Joaoni Carbooe promagistro Notaro.

(3) Inscriptum legitur nomen Friderici in tecto Ecclesiae in cornu epistolae tempore Ferdinandi Regis an. 1482.

(4) Ex registro Protonot. dicto anno.

CXV.

Innocentius VIII confirmat pensionem super Cantoriam, et Benef. S. Luciae Gabr. Enguerra.

1484.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei (1). Venerabili fratri Archiepiscopo Traoensi, et dilectis filiis Caotori ac Cristophoro de Castrono Caoonico Ecclesie Paoormitano, salutem et apostolicam benedictionem. Hodie dilecto filio Gabrieli Anguerra Caoooico Prioratus baate Marie de Pilari Cesaraugustaoi ordinis Sancti Aogostini Magistro io Theologia pensionem annuam septoaginta florenorum monete in Regno Sicilie cursum habeotis, qui quadraginta ducatos auri de camera coostituunt soper Cantoriam Ecclesie Sancti Petri Palatii Regii panormitaoi et cujusdam perpetui beneficii Ecclesiastici in Ecclesia Sancte Lucie loci Sancta Locia de Castro Messanensis diocesis fructibus redditibus et proventibus sibi qooad viveret, vel procoratori suo ad hoc ab eo speciale mandatum habeoti per dilectum filium Johannem Martinum Vitali Archidiaconum Panormitanum cui hodie de Cantoria, et beneficio predictis tunc certo modo vacaotibus per quosdam maodavimus provideri, et successorihos sois Ecclesie Saocti Petri Cantores, et beneficii hujusmodi rectores pro tempore existentes annis singulis io certis terminis et loco tunc expressis, ac sub excomonicationis senteutia, et deinde privatioois pena integre persolveodum ipsius Johaonismartioi ad id expresse accidente consenso per alias nostras literas reservavimus, constituimos, et assigoavimus proot in illis plenius continetur. Quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel doo aot uous vestrum si et postquam dicte posteriores littere vobis preseotate fuerint per vos vel alium seu alios faciatis auctoritate nostra Gabrieli, vel pro eo procuratori suo prefatis pensionem predictam juxta reservatioois, constitutioois, et assignationis predictarum, nec non decreti nostri in eisdem posterioribos litteris appositi cootinentiam, atque formam efficaciter persolvi. Et nihilominus quemlibet, et Johannemartino, et suc-

(1) Ex autogr. Reg. Cap adest Sig. plumbeum referens ex una parte imagines Ap. Petri et Pauli ex altera inscript. *Innocentius VIII.*

cessoribus prefatis quem hujusmodi excomunicationis sententiam vobis incurrisse constiterit quotiens super hoc pro parte dicti Gabrieli fueritis requisiti tamdiu dominicis festivisque diebus in Ecclesiis dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit excomunicatum publice nuncietis, faciatisque ab aliis nunciari ac ab omnibus arctius evitari donec Gabrieli vel Procuratori prefatis de pensione hujusmodi tunc debita, integre satisfactum aut alias cum ipsorum aliquo desuper amicabiliter concordatum fuerit, ipseque excomunicatus ab eadem excomunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtinere. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione posposita compescendo. Non obstantibus omnibus, que in dictis litteris voluimus non obstare seu si Joannimartino et successoribus prefatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excomunicari non possit per litteras apostolicas non facientes plenam, et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadrigentesimo octuagesimoquarto, tertio idus Decembris Pontificatus nostri anno primo.

CXVI.

Capitulum Ecclesiae panor. agnoscit curam animarum penes Collegium Canon. Palat. residere.

A. 1518.

Die primo Octobris VII Indict. 1518.

Fuit provisum (1) et mandatum per Reverendissimum Capitulum Panormitanum sede vacante auditis partibus, quod Canonici Collegii S. Petri Sacri Regii Palatii, et alii Clerici dicte Ecclesie ex quo dictum Collegium est Parochialis Ecclesia, quod Collegium, seu Ecclesia S. Petri administrat Sacramenta in Castro dicti Palatii, non extra; hominibus, et habitatoribus habentibus domicilium in dicto Castro, quod possit libere tales sepelire etiamsi morerentur extra dictum Castrum, et possint ministrare alia sacramenta dictis habitatoribus, et habentibus domicilium in dicto Castro tantum: et si aliquis de Compagnonibus, et hominibus dicti Castri non haberet domicilium in dicto Castro, tunc in eo casu tales morientes sint illius Parochie, in qua habent domicilium. Expensis hinc inde compensatis.

(1) Ex actis Curiae Archiepisc. f. 10.

CXVIII.

Sententia lata per Curiam Archiep. de restitutione Canonicor. Reg. Cap. in pristina possessione accedendi in processionibus una cum Canon. Eccles. Cathed.

A. 1520.

Providenda est (1) questio spolii privilegiati de recenti nullis anditis defensionibus partis adverse juxta formam ritbus petitionis per Curiam Archiepiscopalem declarari debere Reverendos Canonicos Cappelle S. Petri Sacri Regii Palatii, et eorum Canonicos restitui, et reintegrari debere in pristina eorum possessione vel quasi accedendi in qualibet Processione et obitu cujusvis defuncti in manu sinistra Canonicorum Panormitanorum Ecclesie videlicet, ex latere destro unus Canonicus Pan. Ecclesiae, in manu ex latere sinistro ipsius unus Canonicus dicte Cappelle, et apportandi, et apportari faciendi crucem ipsius Cappelle conjunctim, et equis passibus in latere sinistro cum qualibet cruce ipsius majoris Pan. Ecclesie in qualibet Processione et obitu, ac funere cujusvis defuncti, una cum omnibus damnis, et expensis usque ad integram restitutionem dicti spolii privilegiati de recenti, que vertitur inter reverendos dominos Franciscum Sanchez Abb. S. Marie de Altofonte, alias Lu Parcu Cantorem Cappelle S. Petri Regii Palatii, Joannem Baptistam Visconti, D. Petrum Venvignati, D. Joannem l'Alchimia, D. Antonium de Michaele, D. Franciscum de Audato, D. Franciscum de Attino Canonicos dicte Cappelle S. Petri, S. R. P. Actores ex una parte. Reverendum Capitulum Majoris Panormitane Ecclesie, et ejus Econymum, et Procuratorem conventum parte ex altera.

Provisum est quod dicti Actores restituantur, et reintegrentur in eorum pristina possessione accedendi in qualibet Processione, in qua solent, et consueverunt accedere dicti Canonici S. Petri, et obitu cujusvis defuncti in manu sinistra Canonicorum Majoris Pan. Ecclesie videlicet. Ex latere destro unus Canonicus major Pan. Ecclesie in manu ex latere sinistro ipsius unus Canonicus dicte Cappelle S. Petri, ac apportandi, et apportari faciendi crucem ipsius Cappelle conjunctim, et equis passibus in latere sinistro cum qualibet cruce ipsius Majoris Pan. Ecclesiae in qualibet Processore ut supra obitu, et funere cujusvis defuncti, cum omnibus damnis, interesse, et expensis, usque ad integram restitutionem spolii predicti salva nobis retaxactione expensarum.

Lecta, lata, et pronunciata in pleno judicio die quinto Martii IX Indictionis 1520.

(1) Ex actis Curiae Archiep. f. 14.

CXVIII.

Ob renuntiationem Martini de Artegünti Rex Carolus confert Cantoriam S. R. P. Ferdinando Rodriguez.

A. 1526.

Carolus divina favente clementia etc. (1) Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germanie etc.

Johanna mater et idem Carolus Reges Castelle Dei gratia ac Aragonum utriusque Sicilie etc.

Presidens inclito Sicilie Regno Reverendissimo in Christo Patri Archiepiscopo Panormitano.............. et omnibus aliis officialibus et personis ecclesiasticis neque non spectabilibus Magnificis et Nobilibus Regni ejusdem Magistro Justitiario ejusque in officio regio Locumtenente Judicibus Magne Regie Curie............. patrimonii advocato etiam et presentibus fiscalibus nec non spectabilibus Capitaneo Pretori et Magistris Juratis Judicibus et aliis omnibus officialibus et personis hujusmodi hujus Urbis felicis Panhormi presentibus et futuris............. auctoritate fungentibus cui prout presentes spectabunt presentate fuerint aut quomodolibet pervenerint Oratoribus Regiis Consiliariis fidelibus dilectis salutem. Ex parte Reverendi Ferdinandi Rodriguez........... sue Cesarie Majestatis fuerunt nobis ritualiter exibite et presentate nuper quedam Regia provisio sue Cesarie Majestatis una cum quadam Apostolica Bulla qua decet sollemnitate expeditis .... Nos Carolus divina favente clementia etc. Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germanie, Joanna ejus mater et idem Carolus Dei gratia Reges Castelle Aragonum utriusque Sicilie Hiernsalem Ungarie.......... Navarre Granate Toleti Valentie Galetie Majoricarum Hispalis Sardinie Cordube Corsice Murcie Giennis Algarbii Algezire Gibraltaris Insularum Canarie neque non Insularum Indiarum et terre firme.......... Archiduces Austrie Duces Burgundie et Brabantie Comites Barchinone Flandrie et Tiroli etc. Domini Biscaye et moline etc. Duces Athenarum et Neopatrie Comites Rossilionis et Ceritanie Marchiones.......... et Goreani. Cum Cantoria sive Chantria Cappelle Sancti Petri Regii Palatii felicis Urbis Panhormi quam ultimo Martinus de Actegnrenti Clericus dictus Calahorre possidebat de regio nostro jurepatronatus esse dignoscitur ejusque presentatio ad nos spectet ac illa in presentiarum recto modo vacet de jure pariter et de facto; volentes igitur uti convenit in eadem Chantria aliquam presentare personam de fide moribus et probitate vestri dilecti Cappellani nostri Ferdinandi Rodriguez hispalensis confisi. Tenore presentium de nostra certa scientia regiaque auctoritate nostra deliberate et consulto vos eumdem Ferdinandum Rodriguez ad Chantriam predictam Cappelle Sancti Petri Regii Palatii panhormitani sive per obitum dicti Martini de Artegunti vel ejus ad primas nuptias convolationem seu per liberam resignationem dicti Martini vel alterius cujusvis etiam in romana curia factam vel alio quovis modo vacantem motu proprio presentamus et eligimus electumque et presentatum exibemus sanctissimo domino nostro Pape eumdem humiliter deprecantes ut habeat nostram presentationem et electionem benigne admittere vobisque prefato Ferdinando Rodriguez sic presentato et electo dictam Chantriam.................. et per-

(1) Extat in Archivio R. P. C. vol. II, pag. 141.

tinentiis juriumque omnium plenitudine conferre et instituere dignetur rogantes et requirentes quascumque ecclesiasticas personas ad quas spectet et presertim Reverendum Archiepiscopum panormitanum ejusque Vicarios generales, illustrissimo vero Proregi et Capitaneo generali nostro supradicto ulterioris Sicilie Regni Magistro Justitiario ejusque in officio Locumtenenti Judicibus Magne Regie Curie etc.

CXIX.

Testes recepti a Regia Curia ad informandum S. C. et R. M. Caroli Imp. de statu R. Capellae.

A. 1535.

Recepti Panhormi VII Januarii VIIII Ind. 1535.

Testes recepti (1) et examenati per magnam Regiam Curiam ad peticcionem et instanciam reverendissimorum Canonicorum imperialium Cappelle Sancti Petri apud Palaccium fel. Urbis Pan. ad informandum S. C. et Cat. M. Imperatoris et Regis nostri virtute memorialis presentati Panhormi die etc. Et hoc de mandato illustrissimi domini Justicciarii in regimine hujus Regni Sicilie ad relationem magnifici et excellentis domini Decuvello alterius ex magnificis dominis Judicibus Magne Regie Curie.

Reverendus don Jo: Batt: Visconti Canonicus et Cappellanus imperialis Cappelle Sancti Petri Regii Palatii testis Juratus manibus propriis more sacerdotali et juravit super infrascripta. Et primo dixit tamquam praticus in dicta Ecclesia Sancti Petri como in dicta ecclesia non si dichinu Missi ordinarii como si conteni in ditta Cappella seu Parrochia verum si dichi una missa tantum et non ultima lu jornu in la quali Cappella non ch'è si non uno calichi tantum et di vestimenti di lo Previti quando si dichi la missa si lu prestanu in la quali Cappella non ch'è cruchi nè campana et più chi onni Cappellano di ditta Cappella seu Cannonico non havi altro chi tarì quattro per ogni anno si exigiuo supra li tonnari di Solantu et tando si hanno ditti tarì quattro quando fanno li tonnari altramenti non fachendo non venino a consequitari ditti tarì quattro di forma che per la tanta poco utilitati ditta Cappella è pocu servuta però quilli servimenti ditti chi fanno si fanno per serviccio di Dio et di sua Cesarea Magestati et quisto di multi anni et ita. Dichendo ipso reverendo testimonio chi lu Chantro di ditta Cappella consequita onni anno di introiti di ditta Cappella unzi chentotrenta di netto in la quali Cappella per essiri tanta pocu servuta nun si chi alluma lampa et maxime innanzi lu sacrificio divinu et ditto Chantro si piglia li renditi et non cura di serviri ditta Cappella su la quali Cappella sunnu vintisepti intra Canonichi et Previti mali gubernati et vannu hinc inde senza non tenizili di lo modo chi si divi de causa scientia interrogatus dixit premissa scire per modum ut supra ditta sciri tamquam praticus et unus ex dictis Cannonicis de ditta Regia Cappella et vidit omnia premissa de loco Panormi in ditta Cappella de tempore ut supra de presenti.

(1) Extat in Archiv. R. C. vol. II, p. 146.

1. 6. 9.

Eodem

